



3 1761 03572 5290

PA  
4279  
P8  
1882

75

307.



Digitized by the Internet Archive  
in 2009 with funding from  
University of Toronto







PLATONIS  
O P E R A   O M N I A.  
RECENSUIT  
PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS  
INSTRUXT  
GODOFREDUS STALLBAUM.

---

VOL. II. SECT. II.  
CONTINENS  
PROTAGORAM.

---

EDITIO QUARTA EMENDATOR.



LIPSIAE  
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.  
MDCCCLXXXII.

PLATONIS  
P R O T A G O R A S.

CUM

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

I T E R U M

EDIDIT

DR. J. S. KROSCHEL,  
GYMNASII ARNSTADIENSIS DIRECTOR.



LIPSIAE  
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.  
MDCCCLXXXII.

PA  
4279  
Pz  
1882



887209

## PRAEFATIO.

---

Godofredus Stallbaumius, quo nostra memoria de Platonis scriptis universis melius nemo meruit, secundam editionem huius dialogi anno 1840 adornavit. Cuius editionis retractandae cura quum mihi mandata esset, id agendum putavi, ut quae Stallbaumius ad Platonis verba mentemque recte intelligenda scripsisset, cum religione servarem, quae hodie legentibus usui non essent, inducerem et delerem. Itaque virum doctissimum in sermonis argumento explicando ducem secutus sum, sed quae de sophistis, de totius disputationis proposito, de tempore quum colloquii habiti tum libri conscripti disputaverat, ea mihi non probata sunt. Deinde in notis criticis quae vocantur pleraque intacta reliqui iisque ea quae his annis ad scriptoris verba emendanda excogitata sunt probabilia, adscripsi, alias autem annotationes, quibus vir grammaticae subtilioris inter paucos peritus iam ante quinque lustra recte verba interpretatus erat vel res explicaverat, Stallbaumi nomine insignitas suo quamque loco lector inveniet. Denique me profiteor in Platonis oratione constituenda a Stallbaumiana editionis scriptura non paucis locis recessisse, quibus illam quidem vel de aliorum coniecturis vel de meis in pristinam integritatem restituerem. Cuius instituti rationem singulis locis reddidi et quidquid ipse novavi, plena argumentatione defendi in Studiis philologicis, insertis Fleckeisenii Annalibus philol. classic. 1863 p. 825—856.

Sed haec quidem hactenus de ratione in hac editione curanda a me imita. Quae ut ad interiorem libri intelligentiam aliquid conferat et a viris harum litterarum studiosis favore excipiatur, ex animo opto.

Scribebam ERFURTI, Kalendis Juliis MDCCCLXV.

---

## PRAEFATIO EDITIONIS SECUNDÆ.

---

Haec mea Protagoræ editio a priore maxime in prolegomenis differt, quae ita retractata sunt, ut prope nova dici possint. Neque in lectionum varietate excerptenda et iudicanda a priore ratione non fuit recedendum. Nam ex quo constat omnes codices, qui eosdem dialogos continent atque Bodleianus et Venetus, ex horum alterutro derivatos esse, varias lectiones eorum qui nullius sunt auctoritatis referre nihil attinet. Neque Bodleiani Venetique lectiones omnes, a quibus Platonis oratio in hac editione discrepat, memoravi, sed quae manifesto librariorum errore orta et iam pridem omnium consensu correcta sunt omissa censi. Quae qui desiderat, nunc in Schanzii apparatu critico inventa, qui utriusque codicis scripturas quanta maxima fieri potuit cura ac diligentia collegit et in lucem protulit. Atque ipse codicum lectionem aliquot locis mutavi, ubi ea quae tradiderunt parum inter se apta et convenientia sunt. Quibus locis hi annumerandi sunt: p. 327 E, ut oratio recte procedat,  $\varepsilon\sigma\vartheta'$  pro  $\varepsilon\bar{\imath}\vartheta'$  seu  $\varepsilon\bar{\imath}\vartheta'$  scripsi, p. 345 C et 346 D sententiae et metro et inscriptioni carminis Simonidei satisfeci mutando  $\varepsilon\pi\varepsilon\iota\vartheta'$   $\dot{\nu}\mu\bar{\imath}\nu$  in  $\varepsilon\pi\varepsilon\iota\bar{\imath}\nu$ , p. 311 A post  $\varepsilon\kappa\varepsilon\iota\sigma\sigma\epsilon$  abieci voc.  $\dot{\iota}\omega\mu\bar{\imath}\nu$ , p. 319 D  $\tau\bar{\alpha}\nu$  transposui et p. 325 B adverbio  $\vartheta\alpha\mu\alpha\sigma\iota\omega\varsigma$  praetuli  $\vartheta\alpha\mu\alpha\sigma\iota\omega\iota$  quum iis de causis, quas in Studiis philol. (Jahrb. f. cl. Phil. 1863 p. 849—851) attuli, tum quod Plato hoc in dialogo p. 355 B in simillima sententiae conformatio eadem usus est constructione. Et ut hae verae videntur esse emendationes, ita ex iis, quae in priore editione novavi et in hac retinui, futuris etiam editoribus quum alia probatum iri credo, tum permutationem partium Socratis et Hippocratis p. 313 C et exemptionem verborum  $\tau\bar{o}\bar{v}\tau'$   $\dot{\eta}\nu$   $\tau\bar{o}$   $\mu\bar{\iota}\varrho\bar{\alpha}\kappa\mu\bar{\iota}\nu$  p. 315 E, certe utroque loco quae codices habent, ea Socratis argumentandi et narrandi rationi prorsus repugnant. Neque vero haec verba  $\tau\bar{o}\bar{v}\tau'$   $\dot{\eta}\nu$   $\tau\bar{o}$   $\mu\bar{\iota}\varrho\bar{\alpha}\kappa\mu\bar{\iota}\nu$  ita defendi possunt, ut in iis  $\varepsilon\nu\delta\bar{\imath}\nu$  intercidisse statuatur, imo ea ipsa in Platonis orationem, quam dedecent, irreperserunt. Iis enim aliquis id quod

Socrates suspicari singitur, Agathonem Pausaniae in deliciis fuisse, ex Xenophontis symposio (c. VIII 32 *Ηαυταῖς γε ὁ Αγάθωνος τοῦ ποιητοῦ ἐφαστής*) vel etiam ex Plat. *sympos.* p. 177 E, 193 B inter legendum confirmavit, eaque est causa, cur neque cum antecedentibus neque cum sequentibus verbis coniuncta sint. Et ex *Phaedon.* p. 95 B intellegitur Platonem, si *ἴν* eo sensu quo vulgo accipitur posuisset, in clausula non additum fuisse *ἐφαίροντο*. Gravissimum autem interpolationis argumentum in eo positum est, quod persona Socratis illud additamentum est indignum. Neque enim Socratis Platonici est tam somniculose narrare, ut quae omnibus numeris absolverat, animo dissoluto ad eadem recurrat, etsi novi quod addat nihil habet. Talis est sermo imperitorum hominum, quos quidem hoc modo fabulantes Vergilius (*Ecl. I* 27, 29) vere induxit, quamquam apud Plautum (*Poen. IV* 2) vel servus: quae, inquit, audivistis modo, nunc si eadem hic iterem, inscitia est.

His igitur locis codicum lectionem mihi visus sum recte mutavisse, sed eam restitui p. 334 C. Ibi enim scripsoram *χυμῶν*, sed nunc revocavi *φινῶν*, quod mihi Platonem consulto ita videtur instituisse, ut Protagoras illo loco absurdia et ridicula in medium proferret. Nam id quidem constat ineptam esse sophistae sententiam, qua oleum, quod praecipuum et fuit et hodie est condimentum ciborum, suavis odoris causa adhibitum esse dicit, est enim ut ait Theophrastus (*de odor. IV*, edit. Wimmer. III 78) *τὸ ἔλαιον ἐνόμενον κακῶδες*, eiusque usus plurima existant exempla, ut Horat. sat. II 8, 45 his mixtum ius est: oleo, garo, vino quinquenni, dum coquitur, *Ilin. n. h. XXVII* 136 ad opsonia utuntur (smirnio) cum mulso et oleo et garo, maxime in elixis carnibus. Athen. p. 65 C *νομίζεται, ἕψειν ἔλαιώ φάγων*, et p. 645 E *πεμπάτιον ἐφόμενον ἐν ἔλαιῷ καὶ μετὰ τοῦτο μελιτούμενον*. Neque pisces oleo apparati sunt, quod mare olebant, sed quod mare sapiebant, eorum enim nidor pro iucundo habebatur (cf. Athen. p. 118 D). Itaque qui de ciborum appetentia oleo facienda loquitur nec palati sed narium causa hoc condimentum addi censem, perperam de olei natura ususque indicat, ut facere non possimus, quin Platonem, si in illa disputatione vocem *φινῶν* pro *πικρῶν* vel *χυμῶν* re vera Protagorae tribuit, hume eo modo irridere voluisse arbitremur. Hoc vero eo magis credibile est, quod Plato Protagoram paulo ante, quum oleum pilis animalium perniciosum esse dicit, et a veritate et a communi Graecorum iudicio aberrantem fecit, cf. Hom. Il. 23, 281 ibique schol. Praeterea p. 312 D, ubi Stallbaumio auctore cum ceteris

editoribus recentioribus  $\eta$  addideram, hac particula reiecta locum aptiore verborum interpunctione sanare conatus sum.

Coniecturae ad emendandum Protagoram his sedecim annis editae sunt plurimae, sed plerisque locis factum est, ut certissima Platonis verba habentur suspecta, eae autem quae aliqua probabilitate commendantur, suo loco allatae aut ubi ratio cogebat in textum receptae sunt. Etiam ad explicandum hunc dialogum his annis plura quam universo superioris temporis spatio et in Germania et in aliis gentibus eruditis scripta sunt. Ex quibus ea quae res illustrandas attingunt data opportunitate memorata sunt, sed hoc loco nominatim proferendae videntur esse disputationes Ch. Cronii curas meas in hoc Platonis opere positas ingenue indicantis (Jahrb. f. cl. Philol. 1871 p. 729 — 753) et Schirlitzii (Zeitschr. f. d. Gymnasialw. 1876 p. 401 — 446) itemque subtiles explanationes Bonitzii (Plat. Stud. 1875 p. 237 — 251) et Kleistii, quae continentur Philologi vol. 39 p. 1 — 32.

Superest, ut hanc quoque editionem benevolentiae virorum harum litterarum studiosorum commendem.

Scribebam ARNSTADIAE Thuringorum mense Augusto MDCCCLXXXI.

---

PROLEGOMENA  
AD  
PROTAGORAM.

Inscriptio huius dialogi haec tradita est: *Πρωταγόρας ἢ Σοφισταί*. Qui duplex titulus quamquam non ad ipsius Platonis auctoritatem referendus est alteraque eius pars a vetere quodam grammatico vel critico<sup>1)</sup> adiecta est, tamen ea ipsa re monemur, ut qui sophistae apud Graecos dicti sint breviter explicemus. Fuit enim illud nomen aliis temporibus honestissimum, aliis adeo invidiosum, ut multi, ne hominum premerentur odio, illam appellationem aspernarentur. Atque antiquissimis temporibus sophistae omnes appellati sunt, qui vel ingenii magnitudine rerumque usu vel disciplina aliqua praecipua praepter ceteros sapere visi sunt, ut inter sophistam et sapientem nihil interesset. Et patuit illud nomen aequa late ac nomen *σοφίας*, unde dicitur, quo vocabulo, Suida teste<sup>2)</sup>, quamlibet disciplinam, et artem et prudentiam atque scientiam significabant. Praeter eos qui perspiciendis rebus dediti erant, sophistico nomine maxime digni videbantur esse poetae<sup>3)</sup>, ad quos omnis sapientiae origines referebantur, sed ii etiam, qui rempublicam prudenti moderata-

1) Proclus in Politiam p. 350 edit. Plat. Basil. I: (δειξαντες περὶ τῆς ἐπιγραφῆς) ὅτι ἀρχαία καὶ οὐ νεοθενμένη καθάπερ ἄλλαι τῶν ἐπιγραφῶν προσθέσεις οὖσαι τῶν νεωτέρων τῆς ἔξουσίας ἀπολανόντων. Et Diogenes Laertius III. 57 Thrasyllo narrat duplice dialogorum notatione usum esse: διπλαῖς δὲ χρηται, inquit, ταῖς ἐπιγραφαῖς ἑκάστου τῶν βιβλίων, τῇ μὲν ἀπὸ τοῦ ὄντος, τῇ δὲ ἀπὸ τοῦ πράγματος.

2) *Σοφίαν· κοινῶς ἀπάντων μάθησιν, καὶ τὴν τέχνην, καὶ τὴν φρόνησιν καὶ ἐπιστήμην.*

3) Diog. Laert. Prooem. 12: Οἱ σοφοὶ καὶ σοφισταὶ ἐκαλοῦντο, καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ποιηταὶ σοφισταί, καθὰ καὶ Κρατῖνος ἐν Αρχιλόχῳ τοὺς περὶ Ὀμηρού καὶ Ἡσίοδον ἐπαινῶν οὗτως καλεῖ. Clemens Alex. Strom. I p. 280: Κρατῖνος .. ποιητὰς καταλέξας ἔφη οἷον σοφιστῶν σμῆνος ἀνεδιφήσατε. conf. Pindar. Isthm. Od. V. 28.

bantur consilio, sophistae et habiti et dicti sunt. Herodotus quidem et Solonem, quem ex Atheniensibus primum sophistam appellatum esse Isocrates<sup>4)</sup> tradidit, et ceteros, qui proprie dici solent sapientes, sophistas nuncupavit lib. I c. 29. Eo enim loco ait Lydorum opibus per Croesum auctis Sardes concessisse quum alios omnes sophistas, qui eo tempore in Graecia fuissent, tum vero Solonem Atheniensem.<sup>5)</sup> In eodem numero apud eundem scriptorem lib. IV c. 95 Pythagoras ponitur ex eiusque disciplina Zamolxis morum probitatem et sanctitatem habuisse prohibetur<sup>6)</sup>. Illos autem homines omnes ob id ipsum, quia in gravissimis rebus maxima videbantur esse intelligentia, sophistas appellatos esse, non ut eo nomine irridenter, id et per se manifestum est, et veterum testimentiis constat.<sup>7)</sup>

Verum is nominis honos haud diu mansit variisque de causis illa appellatio in invidiam offenditionemque hominum incurrit. Themistius, cuius verba huc pertinentia supposuimus, id factum esse dicit, ex quo Protagoras et Prodicus et Gorgias illo nomine assumpto sapientiam venalem circumfulsissent nec nisi magno pretio aliis tradidissent.<sup>7)</sup> Quae sententia quamquam non ex omni parte vera est, tamen id certum est huius vocabuli vim illorum aetate non leviter esse mutatam. Ad illud tempus, ut vidimus, sophistae nominati sunt, quicunque ex universo genere humano ad summam humanitatem pervenisse videbantur. Sed quum singulis vitae institutis et studiis maioribus sua ac mansura nomina inventa essent, ut qui carmina scribebant proprie appellarentur poetae, qui ipsa rerum contemplatione et cognitione delectabantur Pythagora auctore philosophi, qui rei publicae administranda se dabant politici, tum fieri non potuit quin illud voca-

4) Or. XV, 313: τοὺς παλονυμένους σοφιστὰς ἐθαύμαξον παὶ τοὺς συνόντας αὐτοῖς ἔξηλονν .. Σόλωνα μὲν γάρ, τὸν πρῶτον τῶν πολιτῶν λαβόντα τὴν ἐπωνυμίαν ταῦτην, προστάτην ἡξίωσαν τῆς πόλεως εἶναι.

5) . ἀπινέονται ἐς Σάρδις ἀκμαζούσας πλούτῳ ἄλλοι τε οἱ πάντες ἐν τῆς Ἑλλάδος σοφισταί, οἱ τοῦτον τὸν χρόνον ἐτύγχανον ἔστες . παὶ δὴ παὶ Σόλων ἀνὴρ Ἀθηναῖος.

6) Ζάμολξιν . Ἐλλήσι τε διμιλήσαντα παὶ Ἐλλήνων οὐ τῷ ἀσθενεστάτῳ σοφιστῇ Πυθαγόρῃ πατασιενάσασθαι πτέ.

7) Themist. XXIII p. 286: ὅτι πάλαι τοῦροια τοῦτο ὁ σοφιστὴς σεμνόν τε ἦν παὶ ἐπ' ἀξιώσει παὶ ὅτι Σόλωνα σοφιστὴν ὀνύμαξον οἱ τότε ἀνθρωποι παὶ Πυθαγόραν, ἀπειροκάλον ἀν εἴη καῶδοποιῶν ὑμᾶς ὑπομιμνήσκειν παὶ ξυγγραφέων . . . ἀλλὰ τοῦροντος ὕσπερ νομίσματος μετέπεσεν η δύναμις πατὰ τοὺς ὕστερον χρόνον, ἐξ οὐ Πρωταγόρας τε αὐτοῦ ἡμιφισθήτει παὶ Πρόδιμος παὶ Γοργίας, οἱ ὕσπερ ἄλλο τι τῶν ὀνίων χρημάτων ἐκήρυξτον τὴν σοφίαν παὶ ἐπράττοντο πολὺ ἀργύριον τοὺς προσφοιτῶντας.

bulum alia significatione ac pristina usurparetur, et ut plerumque fit, in deterius acciperetur. Dilucide id in philosophis cernitur; quos qui Socratis aetate sophistas dicebat esse, iniquo is animo probri ac contumeliae causa ea appellatione usus est, ut eos sapientia sua veteratorie abuti significaret. Idecirco in convivio Xenophonteo (c. IV. 4) Callias Antisthenem, hominem et Socrati familiarissimum et vitae consuetudine a sophistis alienissimum, tamen quia eius argutiis et quaestiuculis urgebatur, sophistam vocat. Eodem illo consilio, non autem quod mercedem exegisset, Socratem ipsum Aristophanes, Platonem et Aeschinem Lysias<sup>8)</sup>, alios alii sophistas nominaverunt<sup>9)</sup>. Nec tamen ea ratio philosophiae propria fuit, sed ad alias vitae partes pertinuit, quod perspicuis verbis prodidit Isocrates or. XV. 235: Σόλων μέν, inquit τῶν ἐπτὰ σοφιστῶν ἐκλήθη καὶ ταύτην ἔσχε τὴν ἐπωνυμίαν τὴν νῦν ἀτιμαξομένην καὶ ορινομένην παρ' ὑμῖν. Quam eandem rem fortius etiam scriptor libri, qui est de venatione quique in Xenophontis vulgo numeratur, his verbis exprimit c. 13, 8: σοφιστὴν κληθῆναι ὄνειδός ἐστι παρά γε τοῖς εὐ φρονοῦσι. Illoc autem utroque loco illa vocabuli sophistae significatio scribentis animo obversata est, quae apud Atticos longe erat usitatissima, quippe qui sophistam, qui quidem eo nomine dignus esset, liberalium artium et virtutis magistrum intelligerent. Verissime enim scholiastes ad Aristoph. nubb. v. 331. hanc vocem interpretatur quum dicit: σοφιστὰς τοὺς διδασκάλους νόει ὡς τοὺς ἄλλους σοφίζοντας, conf. Suid. s. v.

Atque huius activae quae dicitur significationis auctor fuit Protagoras Abderites, qui in doctissimis antiquitatis hominibus ducendus est. Qui quum intellexisset plerosque tota fere Graecia doctrinae percipiendae appetentissimos esse illamque cupiditatem nec recepta institutione puerili nec vitae communitate in casu posita expleri, consilium iniit, ut quae et ipse subtiliter excogitaverat et ab aliis recte inventa esse viderat, ea ad hominum rationes ac communem intelligentiam ex arte accommodaret.<sup>10)</sup> Et in hac disciplina, quam tricesimum aetatis annum agens

8) Aristid. vol. III. p. 517 (ed. Dindorf. vol. II. p. 407): οὐδὲν Αντίας Πλάτωνα σοφιστὴν καλεῖ καὶ πάλιν Αἰσχίνην; v. Athen. XIII. p. 612 F.

9) Non dubito, quin iam Diogenes Apolloniates adversarios eadem de causa sophistas appellaverit, vid. Simplic. in Phys. 32.

10) Plat. Protag. p. 349 A: οὐ δὲ, ὁ Ποσταγόρα, ἀναφανδὸν σεαυτὸν ὑποκηρυξάμενος εἴς πάντας τοὺς Ἕλληνας, σοφιστὴν ἐποιημάσας, σεαυτὸν ἀπέφηνας παιδεύσεως καὶ ἀρετῆς διδάσκαλον, πρώτος τούτον μισθὸν ἀξιώσας ἀρνοῦσθαι. ibid. p. 317 B: ὁ μολογῶ σοφιστὴς εἶναι καὶ παιδεύειν ἀνθρώπους.

inchoaverat et in graecas urbes induxerat, Platone teste maxima cum fama ac gloria per quadraginta annos i. e. ab anno 455 ad annum 415 a. Chr. n. versatus est.<sup>11)</sup>

Protagorae temporibus et antea iam multi vitae commoda ingenii sui copiis accepta retulerunt: alii enim quum praeter ceteros mentis acie et sapientia florerent, rerum publicarum principibus familiaritate coniuncti erant et eorum benignitate utebantur, alii carminibus potentium divitumque civium atque adeo totarum civitatum liberalitatem merebantur, alii scripta sua pretio recitabant, alii aliter reconditae eruditionis beneficio recte et honeste rei familiari prospiciebant.<sup>12)</sup> Cum his igitur omnibus Protagorae eo quod mercede docebat<sup>13)</sup>, nihil fere discriminis intercessit; solebat enim, ut Plato in hoc dialogo p. 328 B prodidit, discipulis permittere, ut ipsi scientiam a se traditam aestimarent quantique iuratis esse videretur, tantum sibi solverent. Longissime vero ab illis quos significavi diversa fuit ratio, qua Protagoras altiora studia artesque fovebat et in societatem civilem conferebat. Nam omnibus, qui scholis eius interesse volebant, ingenuas doctrinas ad usum artemque vitae cogitata ratione tradere fuit paratus.

Itaque quum quidem ille humanitatis et virtutis magistrum se profitebatur, id disciplina se pollicebatur effeturum, ut quicunque sibi operam darent, ii illorum hominum instar, qui olim sophistae dicti erant, sapientia ornarentur bonique cives fierent, qui res et domesticas et publicas prudenter gerere possent. Virtutem vero, ad

11) Men. p. 91 E: οἵμαι γὰρ αὐτὸν (*Πρωταγόραν*) ἀποθανεῖν ἔγγὺς καὶ ἐβδομήκοντα ἐτη γεγονότα, τετταράκοντα δὲ ἐν τῷ τέχνῃ ὄντα· καὶ ἐν ἀπαντι τῷ χρονῷ τούτῳ ἐτι εἰς τὴν ἡμέραν ταντῆνι σύδοκιμῶν οὐδὲν πέπανται. conf. de rep. X. p. 600 C, De vita et philosophia huius sophistae copiosissime egerunt Joan. Frei Quaestiones Protagoreae (Bonn. 1845) et Joan. Vitrunga Disquisitio de Protagorae vita et philos. (Groning. 1852). De anno quo Protagoras e vita excessit vide quae scripsit H. Müller-Strübing in Jahrb. f. cl. Philol. 1880 p. 81—106.

12) Anaxagoras, qui Periclis animum rerum sublimium scientia imbuuerat, quum aetate decrepita ab eo negligeretur, dixisse fertur: ὁ Περικλεῖς, καὶ οἱ τοῦ λύχνου χεισίαν ἔχοντες ἔλαιον ἐπιχέονσιν, vid. Plutarch. vit. Pericl. c. 16. De Pindaro vid. not. ad Protag. p. 337 D et de Simonide schol. ad Aristoph. Pac. 697. — De Herodoti recitationibus Plutarch. de malignit. Herod. c. 26 et 31.

13) Flavius Philostratus (Vit. soph.) censet Protagoram ita fecisse non sibi sed discipulis consulentem: τὸ μισθὸν, inquit, διαλέγεσθαι Πρωταγόρας εὑρε, πρῶτος δὲ παρέδωκεν Ἑλλησι πρᾶγμα οὐ μεμπτόν. ἀ γὰρ σὺν δαπάνῃ σπουδάζουεν, μᾶλλον ἀσπαζόμεθα τῶν προῖνα. Certe in plurimos ex iis qui hoc in sophista reprehenderunt, cadit illud Taciti (Dialog. c. 8): divitias et opes facilius invenies qui vituperent quam qui fastidiant.

quam instituebat, non tam intellexit probitatem et honestatem — huius enim primus magister fuit Socrates — quam sollertia quendam ac praestantiam in omni vitae conditione et cuiusvis artis usu conspicuam suaeque institutionis praecipuam partem dixit esse artem dicendi. Quis est autem quin sponte videat hanc viri professionem mentes animosque hominum eo vehementius percellere debuisse, quo magis inter Atheienses illis temporibus regnabat publicorum honorum cupiditas malaque ambitio? Nimirum ita paene necessitate quadam factum est, quod factam esse novimus, ut fere nullus esset laudis cupidior adolescens, quin se tali disciplina et institutione frui quam maxime vellet. Ac tanto vehementius haec studia excitata sunt, quod artis dicendi disciplina ii omnes in dies magis indigere videbantur, qui in sua ipsorum civitate ad aliquam gloriam et auctoritatem pervenire cupiebant. Et quidquid vel ad disserendi subtilitatem vel ad dicendi facultatem pertinere videretur, id omne ille doctrina et institutione sua complexus est. Multum operae in grammaticam impedit, quam etiam scriptis de nominum origine et generibus atque de varia enuntiatorum forma excolere conatus est; tractavit item rhetoricam, cuius efficaciam atque vim augere et amplificare studuit adsumpta poetarum interpretatione, quae singulorum locorum sententias subtiliter rimaretur, sed omnium studiosissime elaboravit in dialecticis, ut adeo Socraticam disputandi rationem quodammodo praeivisse vel formavisse iudicatus sit.<sup>14)</sup> Quamquam eo in genere argutae subtilitati atque acuminis tantum tribuit, ut qui sectati sunt eius disciplinam, ii mox in malam quendam deferrentur contra omnia disserendi consuetudinem, qua nihil non callide perverterent ac variis usi calumniis vel ea quae aperta ac manifesta deberent esse, rursus in dubitationem vocarent. Quum igitur Protagoras ista omnia profiteretur nullumque disputationis genus a se alienum esse diceret<sup>15)</sup>, facile apparet, cur, si a Gorgia discesseris, ceterorum sophistarum famam longissime apud Graecos superaverit ac tanto in honore sit habitus, ut eum paene tanquam aliquem deum venerarentur.

14) V. Diog. Laert. III 37, IX 57.

15) Plat. Prot. p. 334 C, 335 B al. — De Protagorae et Prodicu veneratione Plato de rep. p. 600 C haec tradidit: Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος, δύνανται τοῖς ἐφ' ἑαυτῶν παιδιστάναι, ἕδια συγγιγνόμενοι, ὡς οὐτε οἰκίαν οὔτε πόλιν τὴν αὐτῶν διοικεῖν οἷολ τ' ἔσονται, ἐὰν μὴ σφεῖς αὐτῶν ἐπιστατήσωσι τῆς παιδείας, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ σοφίᾳ οὕτω σφόδρα φιλοῦνται, ὡστε μόνον οὐν ἐπὶ ταῖς πεφαλαῖς περιφέρουσιν αὐτοὺς οἱ ἔταιροι. Aetate Protagoras et Prodico et Socrati anteibat, ut ipse eloquitur in Plat. Protag. p. 317 C.

Ad quam quidem rem etiam hoc multum valuit, quod Protagoras, quanta ingenii facilitate et doctrinae copia fuit, ne docendi aequabilitate audientium animos fatigaret, scholas quas habebat et insertis fabulis variavit et exemplis e communi hominum vita petitis illustravit.

Ex iis qui Protagorae exemplum secuti artem sophistam professi sunt, illis sermonibus in Calliae domo habitis, quos Plato Socratem hoc libro referentem fecit, intererant Prodicus Ceus et Hippias Eleus, qui quamvis et ipsi literarum studia magnopere coluisserent nec immerito sapientiae tradendae facultatem pree se ferrent, tamen Protagorae ut aetate ita auctoritate multum cesserunt. Quae de tribus his et de aliis illius aetatis sophistis memoriae prodita sunt, ea fere omnia a Platone sumpta sunt ex eoque fonte etiam nunc hauriri possunt. Plato enim quid de iis sentiret, aut occasione oblata breviter significavit aut copiosius et dedita opera exposuit, ut non pauca eius scripta eo potissimum spectare videantur, ut quo nittatur fundamento illa sophistarum professio ostendatur legentiumque de ea re iudicio lumen afferatur clarissimum. Quod quum in aliis Platonis libris tum vel maxime in hoc dialogo factum esse videntur.

Iam vero quaerendum est, qua ratione Plato de sophistis egerit. De qua re saepissime in contrarium modum iudicatum est. Atque ille iam ab aequalibus, ut a Gorgia<sup>16)</sup> male audivisse dicitur, posterioribus autem temporibus Dionysius Halicarnasseus, Aelius Aristides, Athenaeus, alii eum negabant in illo argumento ea qua par est animi probitate et integritate versatum esse, imo invidia motum sophistarum virtutes oratione depressisse et vitia auxisse. Sed qui ad Platonis auctoritatem sese applicaverant ab eiusque causa steterunt, idque summi viri omnes faciebant, ii sophistis, quorum disciplina priscæ morum integritati summam illatam esse perniciem opinarentur, adeo erant infensi, ut eos quamvis Plato passim acerbissima irrisione perstrinxisset, insectatione multo etiam insolentiore dignos fuisse crederent. Idemque ut ea quae ipsis placebant melius tuerentur, ad artificiosam Platonis interpretationem descenderunt. Etenim quaecunque sophistarum laudi tributa sunt, ea ironice dicta acci-

---

16) Athenae. p. 505 D: *Λέγεται ὡς παὶ ὁ Γοργίας αὐτὸς ἀναγνοὺς τὸν διμώνυμον αὐτῷ διάλογον πρὸς τοὺς συνήθεις ἔφη· Ως παλῶς οἰδεῖς Πλάτων λαμβίζειν, et paulo post: ἔφη ὁ Γοργίας Ἡ καλόν γε αἱ Ἀθῆναι παὶ νέον τοῦτον Ἀρχιλόχον ἐνηνόχασιν. In Fabric. Biblioth. Graec. III. 86 Protagorae haec tributa sunt, quod Dalecampius, Athenaei interpres, temere Protagoram pro Gorgia posuit.*

piunt, quaecunque ipsi loquentes inducuntur, ea aut prostulta loquacitate habent, aut in cavillationibus ponunt ad obscurandam veritatem et audientium mentes decipendas adhibitis.

A vulgari hoc iudicio recentiore aetate postquam quum alii viri docti<sup>17)</sup> tum Georgius Grote<sup>18)</sup> sophistarum patrocinium suscepereunt eamque causam magno et ingenii et doctrinae apparatu egerunt, magis magisque recessum est, et imprimis Protagoras iam undique maxima laude cumulatur, quem sunt qui dicant adversario suo longe fuisse potiorem ac valde dolendum esse, quod Plato, qui suis de animorum rerumque natura commentis cultui et humanitati ad hunc diem officiat, sophistae placita eloquentia sua obruerit.<sup>19)</sup> Qua in sententia quamquam hoc vehementer improbandum est, quod Plato, quo omium Graecorum nemo de animi cultura et humanitatis studiis melius est meritus, hominum prosperitati repugnavisse dicitur, illud tamen verum est, in certamine contra sophistas suscepto non semper eum recta ratione victoriam suae causae paravisse. Multis id exemplis probari potest. Atque in hoc dialogo, ut Hippiam qui opinionibus inflatus ac tumidus describitur transeam, Prodici persona prorsus indecora est atque absconsa iis quae alibi Plato de eo tradidit.<sup>20)</sup> Quem ipse

17) Quae sophistae et praecipue ii qui principes in arte sophistica persequenda erant voluerunt quaeque effecerunt, ea Hegel ad veritatem accommodatius primus explicavit eamque rationem omnino secuti sunt qui antiquae philosophiae historiam scripserunt aut de singulis sophistis accurate exposuerunt. Ultra progressus est Lewes; is Platonem primarium sophistam fuisse dicit (Gesch. d. a. Philos. Berlin 1871. I, 312, 221 al.), qui non melius cum sophistis, quam Aristophanes cum Socrate egerit, eorumque mores ingenique vim praeter fidem expresserit. Cf. Lange Gesch. d. Materialism. I, 28, 31 de.

18) Grote vol. VIII, p. 480 (Interpretat. Meiszner. vol. IV, p. 580) in his Xenophonteis: γράμματα πολλὰ . ποιητῶν τε καὶ σοφιστῶν τῶν εὐδοκιμωτάτων, quae Memorabil. lib. IV, c. 2 init. scripta inveniuntur, vocabulo σοφιστῶν significari vult prosae orationis scriptores. Quae interpretatio iis quae Memorabil. I, 6, 14 habentur, minime potest constitui, neque loci sententiae respondet. Euthydemus libris legendis ad dicendum et ad res gerendas animum dicitur praeparare studuisse; quod quo modo optime fieret, sophistarum i. e. sapientiae professorum τέχναι aliaque eorum scripta indicabant. Ea igitur praecipue collegit. Nec ratio obscura est, cur praeter sophistarum libros maxime poetarum congesserit. Etiam Memorab. I, 1, 11 sophistae ii qui de rebus coelestibus quaerebant easque docebant intelligendi sunt, non philosophi, cf. Plat. Protag. 315 C.

19) Vid. Ernst Laas: Idealismus u. Positivismus (Berlin 1879), quo libro sensualismum Protagoreum magno ingenii acumine resuscitare aggreditur Platonisque doctrinae fundamentum impugnat.

20) Prodicus, qui in Lachete p. 197 E sophistarum optime vo-

scribit (vid. annotat. 15) a discipulis suis in manibus habitum ac paene in sinu gestatum esse, is hic disputatio- nis cursum impedit, ut de propria singulorum vocabulo- rum vi et notione disserat (p. 337 A), in eaque re, in quam primus studiose inquisivit, tam otiosus et hebes est, ut tali distinctione sententiam vel maxime perspicuam penitus corrumpat (p. 341 D). Festivo igitur ingenio suo indul- sisce putandus est philosophus, ut opportunitatem sophistae risui obiiciendi adipisceretur. Neque Protagorae, ut iam in praefatione p. VII paucis indicavi, in hoc libro temperatum est. Summo ille quidem honore afficitur eique de gra- vissimis rebus tam eximiae sententiae tribuuntur et elo- quentia vere oratoria exponuntur, ut fuerint qui sophistae partibus, non Socratis, Platonem ea quae ipse probavisset adscripsisse iudicarent, sed ab ipsa media dialogi parte illius status sensim in deteriorem condicionem immutatur omnisque dilabitur dignitas et Protagoras homini imperito consiliique inopi in aequo ponitur. Namque Plato eum hic in dialecticis tam inexercitatum videri voluit, qui se vafris interrogationibus irretiri et conclusiunculis turpiter eludi non sentiret, ut et ipse et una cum eo ars, quam condiderat, sophistica a Socrate concideretur unumque verum virtutis magistrum Socratem esse intelligeretur. Nunquam vero sophista adversarium latus fuissest tali ratione verbis secum certantem, quali hic cum personato Protagora Socrates disceptat, qui p. 331 A, ut iustitiam et pietatem unum idemque esse efficiat, ita argumentatur: qui virtutes inter se differre censem neque iustitiam et pietatem pro una eademque re habet, is pietatem rem non iustum, ergo iniustum, et iustitiam rem impium dicit. Similis disputandi ratio invenitur p. 332 A. Ibi multis argumentis quod per se liquet probavit, ἀφροσύνην et σωφροσύνην contrarias esse, at quod probandum fuit, ἀφροσύνη prorsus esse oppositam σοφίαν, quae quidem contraria est ἀμαθία (Sympos. 202 A), hoc pro certo su- mitur.

In Theaeteto p. 167 E Protagoras fingitur vereri, ne Socrates contra suam doctrinam disputans vel perpetua oratione vel interrogando — posterius enim viro prudenti

---

ces distingere dicitur, ab inquis obtrectationibus vindicatus est Welckeri commentationibus, quae collectae habentur in Welcker: Kleine Schriften (Bonn 1845) II, 393—541. Praeter eum de hoc so- phista scripserunt C. Fr. Hermann (disputat. de Socratis magistris. Marburg 1837), Chr. Hummel (quaest. de Prodico sophista. Lugd. Bat. 1847), Cougny (de Prodico Ceo Socratis magistro et anteces- sore. Paris. 1857) al. — De illis Socratis argumentationibus vi- tiosis vid. Bonitz Plat. stud. p. 297.

omnium maxime usurpandum esse<sup>21)</sup> — ita iniuste agat, ut aut quaerendi ratione in fraudem et errorem inducat aut ambiguitatis causa serium sermonem cum ioco misceat. Quibus verbis Plato posteriore tempore de iniquitate, qua Protagoram in cognomine dialogo afficerat, quodammodo ipse tulit sententiam. Quam ob causam existimare debemus eum vel iuvenili quadam lascivia vel nimio Socratis studio impulsum Protagorae etiam ut Prodicu in hoc libro partes tribuisse multis modis abhorrentes et a sophistae ingenio et a vera ipsius animi sententia. Ipse enim adolescentes quibus ad philosophiam aditus aliqua de causa negatus esse videbatur, a sophistis ad liberaliorem fortunam institui aequum censuit. Eaque est causa, cur Socrates in Theaeteto (p. 151 B), quos sua opera nihil indigere intellexisset, non invito animo eos quum aliis sophistis, quorum doctrina iuvarentur, conciliasse dicatur, tum vel maxime Prodigu<sup>22)</sup>. In iis igitur Hippocrates, Apollodori filius, numerandus est, quem, ut est in hoc libro, ad Protagoram adduxit<sup>23)</sup>. Quo officio quem ad modum Socrates defunctus sit, optime ex libro ipso apparet, cuius hoc est summarium.

Narrat Socrates amico cuidam, qui factum sit, ut modo convenerit cum Protagora, viro sapientiae laude clarissimo, et quae cum eo sit collocutus. Venerat enim ad eum multo adhuc diluculo Hippocrates, cuius modo mentionem feci, iuvenis Atheniensis, miro sophistae audiendi ardore incensus, eumque precibus adierat, ut ipsum clarissimo sapientiae et virtutis magistro commendare et in disciplinam tradere vellet. Cuius voluntati priusquam morem gereret, colloquium instituerat, quo eum de periculo, quod ex illa disciplina ad ipsius animum redundare posset, commoneret. Itaque ex eo quae siverat, cur tandem ad Protagoram adduci vellet, tum quemnam sophistam intelligeret, denique in qua potissimum re ars so-

21) Τῷ λόγῳ τούτῳ σὺ εἰ μὲν ἔχεις ἐξ ἀρχῆς ἀμφισβητεῖν, ἀμφισβήτει, λόγῳ ἀντιδιεξελθών, εἰ δὲ δι’ ἔρωτήσεων βούλει, δι’ ἔρωτήσεων· οὐδὲ γὰρ τοῦτο φευκτέον, ἀλλὰ πάντων μάλιστα διωκτέον τῷ νοῦν ἔχοντι. ποίει μέντοι οὐτωσί· μὴ ἀδίκει ἐν τῷ ἔρωτῶν πτέ.

22) οἵ ἄν μοι μὴ δόξωσί πως ἔγκυμονες εἶναι, γνοὺς ὅτι οὐδὲν ἔμου δέονται, πάντη εὑμενῶς προμηνῶσι, καὶ ἔντινθεν εἴπειν, πάντη ἵκανως τοπάζω οἷς ἄν ξηγγενόμενοι ὄνται το, οὐ πολλοὺς μὲν δὴ ἔξεδωκα Προδίκω, πολλοὺς δὲ ἄλλοις σοφοῖς πτέ.

23) Simplicius (ad Epict. Enchir. 46, 2) p. 311 B: ὁ Σωκράτης τινῶν ἀνοήτων αὐτοῦ μὲν παταφρονούντων, δι’ αὐτοῦ δὲ βούλομέντων ἄλλοις συστῆγαι πρὸς παιδευσιν, ἀπάγει αὐτοὺς καὶ συνιστάνει σοφισταῖς, ὥσπερ Ἰπποκράτη τὸν Ἀπολλοδόρου, δεηθέντα αὐτοῦ, τῷ Πρωταγόρᾳ συνέστησε.

phistica versaretur? Ad priora adolescens satis confidenter responderat, ad hoc, quod diceret, non iam habuerat. Quum Socrates eo disputationis loco doctrinarum artiumque mercatura cum esculentorum et potulentorum comparata docuisset maius in illa damnum ab imperitis accipi posse, tum una cum Hippocrate ad Calliam, Hipponici filium, ubi Protagoras deversabatur, perrexerat. P. 309—314 E.

Ingressi Calliae domum splendidissimum vident civium et peregrinorum conventum. Conspiciunt Protagoram ingenti cinctum auditorum corona et inter sermones cum iis graviter deambulantem. Conspiciunt in contraria porticu Hippiam Eleum in solio sedentem et coram multis declamitatem. Conspiciunt denique etiam Prodicum Ceum molliter in lectulo decumbentem, item magna circumdatum amicorum et familiarium caterva. His quasi obstupefacti aliquantis per morantur; tandem ad Protagoram accedere constituunt. P. 314 E—316 A.

Compellat eum Socrates ita, ut ante omnia causam aperiat, cur huc venerint, deinde Hippocratem tamquam iuvenem et generosa indole praeditum et nobili loco natum commendet. Optare autem sese ait, ut sibi liceat paullisper cum ipso de adolescentis institutione, qua usurus sit, colloqui. Protagoras ex eo quaerit, idne remotis arbitris fieri velit, an ita, ut ceteri audiaut. Quum Socrates nihil sua interesse dicat, utro modo colloquatur, sophista artem suam tanquam antiquissimam praedicat, utpote iam ab Homero, Hesiodo, Simonide, Orpheo, aliis factitatem; sed per hominum invidiam, quam sophistae nunquam non experti sint, factum esse conqueritur, ut clarissimi illi viri professionem disciplinae sophisticae, aliis nominibus insignitam, studiose occultaverint: longe aliter tamen sese facere solere, ut qui aliorum invidiam et odium nihil veritus se sophistam libere profiteri nunquam dubitaverit. Itaque nihil ait obstare, quo minus de Hippocratis institutione coram omnibus colloquium instituant. P. 316 A—317 C.

Callia auctore in ea aedium parte, in qua Hippias cum suis versatur, fit consessus, ad quem etiam Prodicus a Callia et Alcibiade arcessitur. Orditur iam Socrates sermonem ita, ut ex Protagora quaerat, quidnam utilitatis Hippocrati eius consuetudo ac disciplina allatura sit. Respondet sophista magna cum sui iactantia eum hoc commodi inde percepturum, ut quotidie melior ac sapientior evadat. Porro autem interroganti Socrati, quanam in re et ad quid melior sit evasurus, cum superba aliorum sophistarum contemptione non eum ait in arithmeticae,

astronomiae, geometriae, musicae studiis frustra detentum iri, sed statim accepturum quae ad res quum domesticas tum publicas bene administrandas valeant, percepturumque artem πολιτικήν. P. 317 C — 319 A.

Miratur Socrates singularem viri sapientiam, libereque confitetur de virtute politica sibi semper ita visum esse, ut eam doctrina et institutione non posse comparari iudicaverit. Nam Athenienses quidem certe, inquit, de rebus quae scientia et arte nituntur, semper artis peritos in consilium adhibent; de iis rebus autem, quae referuntur ad reipublicae administrationem, tantum abest, ut certos quosdam viros, qui soli artis civilis periti sint, consulendos existiment, ut cuivis dicendi potestatem concedant, quippe putantes reipublicae gubernandae sollertia non posse aliorum comparari doctrina et institutione. Atque hanc sententiam illud quoque videtur confirmare, quod filii summorum virorum et in republica clarissimorum, quamvis ad alia diligentissime fuerint instituti, tamen virtutem civilem nec patrum nec magistrorum institutione percipiunt et saepenumero ab ea plurimum sunt alieni. His expositis Socrates rogit Protagoram, ut, si quid habeat, quo possit hanc dubitationem animo suo eximere, id velit secum communicare. P. 319 A — 320 C.

Protagoras, precibus eius satisfacturus, more sophistarum longam orditur orationem. Quae quo magis capiat deleniatque audientium animos, exordium dicit a fabulae narratione ad rem praesentem satis lepide excogitatae. Quum tempus, inquit, venisset, quo ordine fatorum varia animalium genera ex telluris gremio in solis lucem prodirent, Prometheus et Epimetheus hoc muneris a diis mandatum est, ut singulis vires facultatesque suas tribuerent. Rem Prometheus absente suscepit Epimetheus, atque ita administrat, ut aliis robur, aliis perniciatem, aliis alia largiatur, prudenter id curans, ne quod genus interire aut ab aliis deleri possit. Sed ecce! peracta munera distributione nihil reliquum videt, quo genus hominum ornet. Dum incops consilii haeret, quid faciendum sit, advenit Prometheus virum facultatumque distributionem inspecturus. Hunc vero sortis humanae valde poenituit. Itaque ne genus hominum nudum et inerme relinquatur, artium factitandarum sapientiam una cum igne Vulcano et Minervae surripuit eamque hominibus impertiit. Sie divinae sortis participes facti diisque cognati et deos esse credebant arasque ac deorum simulacra constituebant, et vocem articulabant et alimenta sibi inveniebant et vestimenta parabant, sed, quum civitatis ordinandae gubernandaeque arte etiamtum carerent ideoque dispersi habitarent, besti-

arum impetui impares misere ab iis dilaniati perierunt. Itaque mutui auxilii gratia condiderunt societas atque urbes, quo ferarum arcerent crudelitatem. At enim haec res nullam iis attulit salutem. Nam vix coierunt, quum intestinis bellis subito coortis rursus dissipantur ac denuo pristinae fortunae crudelitati obiiciuntur. Tum vero Iovem tangit generis humani misericordia. Ne igitur funditus illud deleretur, Mercurium in terras demisit, qui feris hominum pectoribus iustitiam et pudorem iniiceret. Hinc vero, ita pergit Protagoras, hinc factum est, ut homines antea dispersi conderent urbes et civitates, civilisque societatis vinculis coniuncti vivere inciperent. Intelligendum est igitur, quum hac ratione omnes pariter iustitia et pudoris participes facti sint, recte facere Athenienses, quod in publicis contionibus de civitatis gubernatione deliberantes cuivis dant potestatem sententiae suae publice dicendae. P. 320 C — 323 C.

Hoc autem iusti sensu aequabiliter distributo omnes tantum idonei sunt ad virtutem politicam adipiscendam nec Athenienses arbitrantur hanc virtutem ipsam cuiquam casu vel natura contingere, sed illum sensum magis magisque excitandum et excolendum esse et virtutem comparandam institutione, disciplina, exercitatione, ut plane mecum consentiant. Cognoscitur hoc ex eorum consuetudine castigandi et puniendi.<sup>24)</sup> Etenim qui naturae culpa in se habet turpitudinem, eum tantum abest ut puniant, ut omnes talis fortunae misereat; si quis autem vitiis laborat, quae a socordia aut inertia proficiscuntur, iisque alios laedit, eum vero castigant ac gravissimis poenis afficiunt, idque non alio consilio, nisi ut malefici ad bonam frugem revocentur, ceteri autem de vitiis fugiendis admoneantur. P. 323 C — 324 D.

Iam ad dubitationem de filiis summorum virorum ut Periclis diluendam transit. Omnes Athenienses credere virtutem doceri posse demonstratum est atque communis hominum consensione illa omnibus civibus tam necessaria iudicatur, ut sine ea respublica stare posse nullo pacto videatur, quare quicunque eam non vult exercere, ex civitate eiicitur aut interficitur. Quae quum ita sint, nullo modo verum esse potest summos viros, qui in aliis rebus filios suos erudiendos current, ad virtutem, cuius omnes cives participes esse oportet, eos non instituere. Non ita res se habet, sed universa educatio quum privata tum

---

24) Vid. Arnold Ekker: Specimen in Protagorae apud Platonem fabulam de Prometheus. Traiecti ad Rhen. 1822, et Ad. Westermayer: Der Mythus in Platos Protagoras p. 29. Nürnberg 1877.

publica eo spectat, ut filii, quantum fieri possit, ad virtutis exercitationem conformentur, in eamque educationem viri summi plus curae atque pecuniae quam alii homines conferunt. Neque dicere recte licet hac ratione nihil profici. Imo vero omnes ad aliquam virtutis rationem facultatemque adducuntur, neque dubitandum est, quin improbissimus ex iis, qui sub legibus et inter homines vivunt, cum agrestibus ac solivagis hominibus comparatus virtutis compos esse videatur. Itaque ne ii quidem, qui a parentum virtute desciverunt, propterea degeneres habentur, quod omni omnino virtute destituti sunt, sed quia propter minorem ingenii bonitatem ad maiorum suorum praestantiam pervenire non potuerunt. In eo autem numero Periclis filii nondum habendi sunt, de quibus propter iuventutem bona sperare licet. — Finita hac oratione Protagoras denuo se profitetur virtutis magistrum, suamque disciplinam ait multo grandiore dignam esse pretio, quam quod ipse a discipulis exigere soleat. P. 324 D — 328 D.

Hac Protagorae oratione audientium animi adeo permoti sunt, ut omnes plausus ac clamores, quibus, uti veterum mos erat, aliae sophistae orationes exceptae esse dicuntur, ipsa admiratione comprimerentur et Socrates obstupefactus diu etiam oratione finita a Protagorae vultu penderet. Tum vero animo collecto, postquam Hippocrati gratias egit, quod se impulerit, ut eo veniret, Protagorae oratione id effectum esse confitetur, ut ipse, quin virtus humana cura ac disciplina tradi possit, non iam dubitet. Sed de singularum virtutum coniunctione et conspiratione quid sentiendum esse videatur, id ex illius oratione non satis se cognovisse dicit, rogatque, ut eam rem paulo accuratius persequatur, idque longis orationibus missis, ut breviter vel respondendo vel interrogando colloquatur. Itaque quum Protagoras in superioribus plurium virtutum mentionem inieciisset, Socrates nunc ex eo quaerit, utrum hae omnes pro una tantum eademque virtute habendae videantur, an variae unius virtutis partes iudicandae sint. Amplexitur sophista posteriorem sententiam. Itaque ille: Si igitur sunt, inquit, o bone, unius partes virtutis, hac ipsae partes aut plane eandem habere possunt naturam, quam totum, quemadmodum auri particulae a toto non differunt; aut inter se diversae poterunt esse sic, ut singulæ suam sibi propriam habeant naturam, veluti partes faciei, os, nasus, oculus, inter sese differunt. Utrum igitur tibi placet? Probat sophista eam rationem, qua singulæ virtutes inter se diversae iudicantur. Hoc vero eius iudicio ita utitur Socrates, ut eum dehinc dialectica subtilitate in magnam consilii inopiam coniiciat. Colligit enim inde

satis captiose rebus ita comparatis iustitiam, quippe quae a pietate diversa sit, plane nihil pietatis esse habituram, ac vicissim pietati nihil fore commune cum iustitia. Contra ea sibi iustitiam piam et pietatem iustum videri, ut aut nullum aut quam minimum discrimen inter pietatem et iustitiam intercedat. Respondet ad haec Protagoras, iustitiam et pietatem non per omnia sibi similes videri, nec tamen etiam prorsus dissimiles. Sed iam hoc loco sophista haud obscure significat, tales quaestiones, in quibus is, qui captiosis rationibus velit agere, quaecunque voluerit, cogere possit, minutas atque iniucundas esse et Socrati porro respondere gravatur.

Itaque Socrates, missa huius rei disputatione, repente ad alia progreditur. Estne, inquit, uni rei semper unum tantum contrarium, veluti parvo magnum, bono malum, turpi honestum opponimus? Ait ille. Quid igitur? singulae virtutes, quas commemorabas, nonne et ipsae tantummodo unum quiddam habebunt contrarium, veluti sapientiae opposita erit dementia ( $\alpha\varphi\varrho\sigma\sigma\bar{\nu}\eta$ )? largitur ei hoc Protagoras. Tum vero ille ut sapientiam et temperantiam unum idemque esse probet, quemadmodum antea iustitiam et pietatem non inter se differre concluserat, longis ambagibus dementiae oppositam esse temperantiam ( $\sigma\omega\varphi\varrho\sigma\sigma\bar{\nu}\eta$ ) ostendit. Quo facto quid, inquit, haecce adversantur iis, quae antea de partibus virtutis inter se diversis et contrariis dixisti? nam secundum ista dementiae praeter sapientiam etiam temperantia est opposita. Quum autem uni rei unum semper sit contrarium, rectius utique sapientiam et temperantiam a se invicem nihil differre statuemus. Postquam hac ratione effectum est e quatuor illis virtutibus binas inter se nihil differre, Socrates ex altero pari iustitiam, ex altero temperantiam componit has etiam unum idemque esse probaturus, ut nullum discrimen singularum virtutum excepta fortitudine relinquatur. Itaque videamus, inquit, quae tandem inter temperantiam et iustitiam ratio intercedat. Potestne fieri ut homo qui iniuste agit temperans sit eo quod iniuste agit. Respondet ad haec sophista ex sua quidem sententia hoc fieri non posse, sed vulgo certe ita videri. Ex iis quae Protagoras sibi placere dixit facile, ut postea fit, colligi potest iustitiam et temperantiam pro una eademque virtute habendas esse, quare Socrates vulgi opinionem refutare instituit, sed pauca signa viae qua argumentatio processura erat, indicata sunt. P. 332 A concessum erat homines quum recte et utiliter agunt, temperanter agere. Itaque si quis, ita Socrates potuit pergere, iniuste agens temperanter agit i. e. bene sapit

in eo quod iniuste agit<sup>25)</sup>, ita agens recte et bene agit, vel quod idem est bene se habet. Bene autem agere vel se habere nemo potest nisi qui quae bona sunt facit.<sup>26)</sup> Et quum bona sint utilia hominibus, temperanter qui agit, eorum utilitati servit, non infert iniuriam. Ergo temperantia contraria est iniustitiae, et Socrates eodem modo quo antea colligere potuit, temperantiam idem esse atque iustitiam.

Sed, ut dixi, haec demonstratio ad iustae argumentationis perspicuitatem non perducta est. Etenim Protagoras, quum ex eo Socrates quaerat, bonane sint ea, quae utilia sint hominibus, hanc sententiam non una ex parte falsam esse dicit et tandem occasionem sermonis alio flectendi nactum se esse ratus longam orditur orationem, qua bonum non hominum utilitate definieendum esse docet, sed quidquid alicui rei utile sit, id eatenus, quoad utile sit, bonum dicendum, ut multa sint bona, quae hominibus partim nullam afferant utilitatem, partim etiam damnum. Quam sententiam plurimis exemplis speciosam doctrinam prodentibus confirmat, scilicet hac ratione audientium animos ad sui admirationem abrepturus atque artem Socratis dialecticam callide elusurus. P. 328 D — 334 C.

Etsi autem Protagorae familiares illius orationis copiam ac splendorem admirantur, tamen Socratem non fugit fraudulentum illius consilium. Rogat igitur sophistam, ut missis splendidarum orationum ambagibus breviloquentia utatur, in qua et ipsa sese excellere dixerit. Ille vero iniquum putat sibi praescribi, quemadmodum disputandum sit. Quibus auditis Socrates, quum institutam disputationem persequi, non orationes de variis rebus audire cupiat, abrupto sermone discessum parat. Hic vero Callias eum obnixe rogarat, ut ne discedat, et quum ipse Protagorae patrocinetur, Alcibiades Socratem defendit eaque opportunitate Prodicus et Hippias ita utuntur, ut ille ad audientium et disputantium officia explicanda specimen artis suae verba idem significantia distinguendi exhibeat, hic colloquii persequendi condiciones florida eloquentia proponat. Quas quidem Socrates ut Protagora indignas aversatur, sed quo Calliae voluntati obsequatur, non modo remanet, verum etiam rursus cum Protagora sermonem conferre vult. Quoniam autem declamationes longiores omnino censem a colloquio arcendas esse, sophistae respondendi interrogandive optione data, ipse iam respondentis suscipit partes, ita quidem, ut, postquam ille interro-

25) Vid. Cicер. de offic. I e. 10.

26) Aristot. polit. VII, 1: ἀδύνατον καλῶς πράττειν τοῖς μὴ τὰ καλὰ πράττουσιν.

gando sibi satisficerit, vicissim illum sit interrogaturus.  
P. 334 C — 338 E.

Postquam igitur de his inter eos convenit, Protagoras, qui magnam liberalioris eruditionis partem positam esse censem in carminibus interpretandis, sermonem in Simonidis carmen, quod in Scopae honorem erat scriptum, transfert et ex Socrate, qui in eo carmine multum se studii collocasse profitetur, quaerit, num bene et recte compositum ei videatur. Respondet Socrates, nihil se in carmine, quod reprehendat, invenire rogatque cur illi displiceat? Tum Protagoras docere conatur poetam secum pugnantia dicere, quippe qui primo ipse ponat difficile esse virum bonum existere, deinde Pittacum, qui difficile dixerit probum esse, vituperet ac corripiat. Qua culpa ut Simonides liberetur, Socrates Prodigio auctore duas proponit verborum explicaciones, quarum neutram Protagoras admittit. 338 E — 342 A.

Iamque Socrates suam ipsius sententiam longa oratione expromit et postquam admirabili cum irrisione Lace-daemonios et Cretenses laudavit tanquam sapientiae atque sophistarum disciplinae studiosissimos et breviter acuteque dictis clarissimos, illud carmen Simonideum ita interpretatur, ut poetam, Pittaci dictum aliquod reprehendentem, haec fere dicere demonstret: Difficile esse virum bonum fieri, ac falli Pittacum, qui virum bonum esse vel manere difficile esse dixerit: hoc enim in solum deum cadere; humanae imbecillitati esse negatum<sup>27)</sup>). Sed praeter hunc sensum probabilem faceta illa ironia ex Simonideis verbis contra poetae sententiam ea etiam eruit, quae suae ipsius doctrinae respondent. P. 334 C — 347 A.

Atque hanc Socraticam carminis interpretationem mirifice probat Hippias sophista. Qui tamen, ut scilicet suae quoque sapientiae specimen aliquod exhibeat, de eodem carmine orationem habere instituit. Sed enim homo admodum ambitious ab Alcibiade, sermonum Socraticorum cupidissimo, opportune admonetur, ne id faciat: colloquium enim, a Socrate et Protagora institutum, esse profligan-

---

27) Vere, opinor, Schleiermacherus Praef. ad Protagor. p. 234: „Was des Socrates Deutung von dem Gedichte des Simonides betrifft, von dem uns nichts erhalten ist als eben diese Bruchstücke, dass es nämlich eine Rüge sein soll gegen den Spruch des Pittakus, so ist sie gar nicht lediglich als Scherz zu nehmen. Wenigstens besitzen wir noch ein allgemein dem Simonides zugeschriebenes und diesem hier in Sprache und Manier unverkennbar ähnliches Gedicht, welches sich eben so polemisch auf das im Phaedrus angeführte Epigramm des Kleobulus bezieht, der ja auch zu den Sieben gehörte.“

dum et ad exitum perducendum. Nimirum constitutum erat antea, ut, postquam Protagoras sibi interrogando satisfecisset, Socrates vicissim interrogantis partes suscipieret, sophista huic responderet. Et Socrates quidem se paratum ostendit ad sermonem peragendum, modo ne rursus de carminibus disseratur: horum enim interpretationem admodum dedecere homines liberaliter institutos, quippe ingenii atque eruditionis magnam arguentem penuriam. Protagoras autem aegerrime ferens, quod erat confutatus, cum eo porro colloqui gravatur ac multis demum Calliae ceterorumque qui aderant precibus eo permovetur, ut illi quaerenti respondeat.

Rursus igitur Socrates in virtutum naturam ac rationem inquirit et interrogat, virtutesne nihil nisi varia nomina unius eiusdemque rei esse videantur? Respondet Protagoras iustitiam quidem, pietatem, temperentiam et sapientiam esse inter se simillimas — has enim virtutes Socrates antea ostendere conatus erat unum idemque esse — sed plurimum ab his differre fortitudinem: saepenumero enim accidere, ut qui ceteris careant virtutibus, ii longe fortissimi sint. Quam sententiam ut redarguat omnesque virtutes et unum esse et in scientia constare demonstret, Socrates iam aggreditur docere fortitudinem sine sapientia, quam nunc modo *σοφίαν*, modo *ἐπιστήμην* appellat<sup>28)</sup>, nunquam posse existere. Itaque qui fortes sunt, inquit, eos audaces esse facile largieris. Qui autem audacter aggrediuntur id, cuius scientes sunt, laudantur iidemque quo scientiores, eo sunt audaciores, contra qui audaces in eo sunt, cuius nullam habent cognitionem, ii merito insani iudicantur. Omnis autem virtus propter naturam suam necesse est careat vitio ac reprehensione, quia alioquin virtutis nomine indigna foret. Ex quo consequitur, ut ea modo audacia, quae scientiam sibi adiunctam habeat, pro virtute haberi possit. Unde Socrates colligit scientiam esse fortitudinem. Quam conclusionem improbat Protagoras dicitque ex sua sententia fortes quidem esse audaces et ex audacibus eos qui rei aggrediendae periti sint imperitis audaciores, sed inde non effici, ut audaces omnes sint fortes et sapientia sit fortitudo ac scientissimus quisque sit fortissimus. Nam ex iis quae concessa sunt audacia cum scientia coniuncta, non autem ipsa scientia, intelligenda est fortitudo; scientia adiumentum, non fundamentum est fortitudinis, confirmat huius vim ut in luctae certamine corporis vires si adsunt artis peritia adiuvantur,

28) Xenoph. Memorab. IV. 6, 7: "Ἄλλο τι σοφίαν οἵει εἶναι  
ἢ φίλος σοφοῖς εἰσιν; Οὐκ ἔγωγε. Ἐπιστήμη ἀρά σοφία ἐστίν."

at non compensantur amissae.<sup>29)</sup> Neque qui audaces sunt, inquit, ii continuo fortes iudicari debent. Nam inter audaciam et fortitudinem hoc interest, quod illa aut ab ira aut ab artis alicuius proficiuntur scientia, fortitudo autem ab universa hominis natura animique conformatio (ἀπὸ φύσεως καὶ εὐτροφίας τῶν ψυχῶν) fluere putanda est.<sup>30)</sup> P. 347 B — 351 B.

29) Cicer. de sen. c. IX: Milo cum iam senex esset athletasque se exercentes in curriculo videret, aspexisse lacertos suos dicitur inlacrimansque dixisse: 'At hi quidem mortui iam sunt'. Non vero tam isti quam tu ipse nugator. Neque enim ex te unquam es nobilitatus, sed ex lateribus et lacertis tuis.

30) Aristoteles (Eth. Nic. III. 11) hunc Protagorae locum respiciens inter ea quae speciem verae fortitudinis habeant, experientiam (ἐμπειρίαν) et iram (θυμόν) affert. Et quidem ira ei a natura fortitudinis proprius abesse et fortibus esse subsidio videtur (οἱ ἀνδρεῖαι διὰ τὸ οὐλὸν πράττουσιν, ὁ δὲ θυμὸς συνεργεῖ αὐτοῖς), artis autem peritia vel scientia qui confidant, eos ubi quid contra spem acciderit abiectis animis pericula dicit fugere mortem potius quam dedecus pertimescentes. Et Plato ipse in Lachete (p. 194 E) dicentem facit Socratem artis alicuius scientiam nihil attingere ipsam fortitudinem. Mira igitur sunt, quae Felix Ramorinus, in Taurinensi Athenaeo professor, qui proximo anno in Platonis Protagoram explanationes scripsit, de hac Socratis argumentatione commentatus est. Recte enim Socratem conclusisse his rationibus sibi videtur probare p. 77: Protagoras, inquit, ineptias effutiens Socratis argumentum falsitatis arguere conatur. „Conensi equidem, ait, omnes fortes esse fidentes, sed nequaquam fidentes esse fortes.“ Ecquid? Num in verbis Socraticis id negatur? Nonne patet imo apertissime, qui distinguat τὸν scienter fidentes ab inscientibus prioresque solum fortes appellari velit, hunc subintelligere non omnes fidentes esse fortes? Pergit Protagoras, eadem ratione convinci etiam posse quod scientia sit robur, quoniam robur sit potentia, potentia autem maior sit in eo qui artem luctandi novit. Ecquid hoc vetat? Si robur intelligas artem luctandi, nonne fundamentum huius artis est peritia, id est aliqua scientia? robur enim sine peritia vix aliquid ac ne vix quidem in contendendo valet. — Ad haec tantum addo et Protagoram definivisse ἰσχὺν (robur) γέγνεσθαι ἀπὸ φύσεως καὶ εὐτροφίας τῶν σωμάτων, neque Socratem, antequam argumentationem concluderet, apertis verbis indicavisse se urinatores, peltasticos, aliasque id genus omnes, quibus artis peritia fiduciam addit, in fortibus numerare. Et verissime E. Joyau, in Collegio Engolismensi philosophiae professor, in dissertatione de Platonis Protagora sive Socratica de natura virtutis doctrina (Parisiis. Germer Ballière. 1879) p. 52: Socrates, inquit, virtutem non eam appellat scientiam, quae vanam animi curiositatem expletat quoaque, dum hoc sciamus, illud tamen ignoremus, sed ipsam ingenii sollertia firmitatemque, qua verum invenire et a falso discernere valemus. Quum igitur non nisi recta iudicia feramus, maiorem nunquam ex illis rebus voluptatem percipimus, quae reipsa peiores sunt, eaque ante omnia diligimus, quae vere optima sunt. Nos ex omni voluptatum servitute ratio expedit. Libertatem rectus intellectus alit et tuetur, ut ait Leibnitzius (Théod. 3, 288: L'intelligence est comme l'âme de la liberté).

Socrates ita a proposito depulsus hac disputatione relicta firmioribus argumentis Protagorae sententiam refellere conatur. Sciscitatur igitur ex eo, an omne iucundum etiam bonum sit, et an ipsa iucunditas per se spectata bona censeri queat. Dubitante autem illo, quomodo de hac re iudicandum sit, voluptatem vel iucunditatem per se bonam esse ideoque ab omnibus appeti solere deinceps hac argumentatione docere instituit. Scientia una est, inquit, omnium cupiditatum nostrarum moderatrix, adeoque universam regit ac gubernat hominum vitam. Qua qui utitur, is, quum bona et mala probe discernat, a nulla re superabitur aut vincetur, quippe nihil faciens, nisi quod scientia fieri iubeat. Quodsi reperiuntur qui se dicant non quod bonum est, licet illud cognoverint, amplecti, sed a voluptatibus victos ad alia omnia abripi, ii in magno versantur opinionis errore. Etenim quae iucunda sunt, ea non propterea, quod in praesenti afferunt voluptatem, mala putantur, sed quia futuro tempore maiora mala videntur allatura: vicissim bona cum doloris acerbitate coniuncta propterea, quod in praesenti dolorem admixtum habent, acerba quidem appellantur, sed eadem tamen pro bonis habentur, si in posterum speramus per illa effectum iri maiorem voluptatis ac iucunditatis sensum. Quaecunque igitur bona aut mala censentur, ea metiri solemus voluptatum aut dolorum, quibuscum coniuncta sunt, magnitudine vel parvitate, adeoque ipsam voluptatem, si maiorem aufert quam affert iucunditatem, malum arbitramur, atque contra dolorem bonum, si voluptatem acerbitate sua habet maiorem. Ex quo consequitur omnes omnino voluptatem tanquam bonum perpetuo consecitari, dolorem ut malum aversari. — Haec autem si vera sunt, ridiculum est dicere hominem, licet mala saepe cognoscat, tamen ea facere, quum non facere liceat, et vicissim, licet cognoscat bona, tamen ea amplecti nolle propter praesentium voluptatum vim et magnitudinem. Nam quum voluptas *per se* bona sit, is qui mala, quantum mala sunt, sua sponte faciat, bonis succumbens male facere videatur necesse erit, id quod per est absurdum. Itaque quod vulgo vocant succubere voluptatibus, vel ab illis vinci, id nihil est aliud nisi pro maioribus bonis maiora mala sumere, et quidem deceptum opinionis errore. Quippe in eligendis bonis plurimum refert, ut rerum iucundarum et iniucundarum rationem plane perspectam habeamus; qua cognitione qui carent, ii fieri non potest quin in fraudem et errorem incurvant. Quocirca scientiam appetitum voluntate esse multo potiorem, quippe quae omnes actiones nostras universamque vitam

regere ac moderari debeat, neque fieri unquam potest, ut quis a voluptatibus victus, quum bona cognoscat, tamen contraria amplectatur: neque enim quisquam sciens malus, sed qui voluptati succumbentes mala sequuntur, ii propter imprudentiam et quia errore decepti sunt, minora bona pro maioribus amplecti videntur. Quae si vere disputavimus, vir sapiens nunquam sua sponte mala appetet aut faciet.

His expositis Socrates revertitur ad illud, quod Protagoras in superioribus dixerat, fortitudinem a ceteris virtutibus propterea plurimum differre videri, quod saepenumero homines insipientissimi, intemperantissimi et iustissimi alios audacia et fortitudine sua longissime antecellerent. Postquam enim concessum est neminem volentem res periculosas unquam suscipere, ne fortem quidem virum temere se in mala et calamitates esse conjecturum asseverat. Nam quae quis timet, inquit, ea mala existimat: nemo autem sua sponte suscipit ea, quae sibi malum aliquod afferre arbitratur. Itaque vir fortis ea, quae sunt honesta, id est, iucunda — nam honestum et iucundum idem esse vidimus — semper et ubique sequitur, ideoque nec turpiter metuit nec turpiter audax est, quum timidus ac temere audax vel metu vel audacia turpi corripiatur. Est autem turpiter audere vel timere nihil aliud nisi propter recti ignorantiam peccare, quandoquidem nemo prudens, ut vidimus, quae sibi perniciosa fore praevidet, unquam suscipiet. Unde efficitur, ut fortitudinem scientia contentam esse iudicari oporteat: est enim nihil aliud nisi rerum metuendarum aut non metuendarum scientia cum recto usu coniuncta. — His omnibus magna subtilitate explicatis Socrates concludit falsam esse Protagorae sententiam, homines imprudentissimos saepenumero fortissimos esse statuentis, et sophista ipse, etsi perinvitus fatetur eam ex iis, quae concessa sint, locum habere non posse. P. 351 B — 360 E.

Protagorae animum rursus placaturus Socrates: Ego vero, inquit, non aliam ob causam haec omnia ex te quaero, nisi quod perspicere cupio, quomodo se habeant quae ad virtutem referuntur, et quid sit ipsa virtus. Nam probe novi, hoc ubi patefactum fuerit, etiam illud manifestum fore, de quo disputavimus, utrum virtus doceri possit, necne.

At mirum quiddam nobis in hac disputatione accidit. Ego enim, qui antea virtutem doceri posse negabam, nunc hoc ipsum affirmo, quod meae rationi mirum quantum adversatur, quippe demonstrare studens omnes virtutes, et iustitiam et temperantiam et fortitudinem, scientia contineri: qua quidem ratione probata virtus maxime doceri

posse videbitur. Tu contra, qui virtutem disciplina comparari posse antea aiebas, nunc contrarium statuere videris, quippe quum id efficere studeas, ut quavis alia re potius quam scientia contenta esse videatur. — Quocirea, quum omnia mire perturbata temereque mixta videamus, equidem pervelim, ut ad virtutis naturam contemplandam accedamus, ac tum demum iterum quaeramus, utrum ea doceri possit, necne.

Sed Protagoras hanc disputationem, quum sibi iam ad aliud quid accedendum sit, in aliud tempus differendam esse dicit, Socratem autem magnificis ornat laudibus eumque vaticinatur aliquando talem futurum, qui merito inter viros sapientiae laude conspicuos numerari possit. — His dictis auditisque Socrates et Hippocrates discedunt. P. 360 E — 362.

Haec igitur summa est libri, qui omnium iudicio insignem habet artis perfectionem, ut nemo eum sine limpidissimae voluptatis sensu legere queat, et ab hoc potissimum dialogo Platonicorum librorum lectionem incipiendam esse Heindorfius, acutissimus Platonis interpres, in editione Protagorae p. 463 rectissime iudicavit. Nam quum magna in eo regnat orationis elegantia et venustas, argumenti varietas atque iocandi ride ndique in summa rerum gravitate hilaritas, tum omnia accuratissima diligentia descripta sunt. Velut oculis cernimus domos Socratis et Calliae inter se dissimillimas, ubi tanquam in scena haec acta esse finguntur, ipsique nobis alternis illis sermonibus interesse videmur, quos qui habent, sua quisque dicendi ratione utuntur eaque proferunt, quibus certam sui ingenii formam distinete exprimant; nihil in iis languidi aut inertis dignique sunt assensu et clamore, quibus audientes studia sua indicant. Plutarchus narrat<sup>31)</sup>, Romae usu venisse in conviviis ut pueri ex Platonis dialogis facillimos, quos propter dramaticam naturam edidicissent memoriter ita recitarent, ut histrionum more vocem effingerent, affectionem dictis concintem induerent et gestus moribus congruos adderent. Sed dramaticam argumenti expositionem Plato in nullo dialogo manifestius secutus est quam in Protagora, cuius singulae deinceps partes maiores eisdem nominibus quibus

31) Symposiac. l. VII: Ἐφη .. εἰσάγειν τὸ νεωστὶ ἐν Ῥώμῃ παρεισηγμένον εἰς τὰ συμπόσια. οἵτε γάρ ὅτι τῶν Πλάτωνος δια λόγων διηγηματικού τινές εἰσιν, οἱ δὲ δραματικοί. τούτων οὐν τῶν δραματικῶν τοὺς ἐλαφροτάτους ἐνδιδάσκονται παῖδες ὥστε ἀπὸ στόματος λέγειν. προσεστὶ δὲ ὑπόκρισις πρέπουσα τῷ ἔθνει τῶν ὑποκειμένων προσώπων, καὶ φωνῆς πλάσμα καὶ σχῆμα, καὶ διαθέσεις ἐπόμεναι τοῖς λεγομένοις.

dramaticae significari possunt. Habemus hic πρότασιν s. πρόλογον a p. 309 ad p. 320 C, habemus ἐπίτασιν a p. 320 C ad p. 360 E eiusque tres actus — quorum quisque, ut ex summario perspicere licet, triplici ratione divisus est — et quidem εἰσβολήν a p. 320 C ad p. 328 D, πλοκήν s. δέσιν a p. 328 D ad p. 342 A, λύσιν a p. 342 A ad p. 360 E, habemus denique καταστροφήν s. ἔξοδον a p. 362.<sup>32)</sup>

Itemque res ipsae, de quibus agitur, quin ingenui adolescentis animum permoveant et inflammet, fieri non potest. Universa autem disputatio quo sum pertineat, si quaerimus, necesse est meminerimus Hippocratem, adolescentem Protagorae doctrinae cupidissimum, horum sermonum causam fuisse, unde facile erit cognitu Platonem hoc spectasse, ut sophistarum maximeque eorum principis disciplina in omnium conspectu exponeretur. Atque id quidem sic consecutus est, ut et res, in quibus illorum disciplina versabatur, persequeretur, et viam a rationem, qua discipulos erudiebant, ostenderet. Itaque in hoc dialogo exemplum sophisticarum orationum, quae proprie ἐπιδείξεις appellabantur, luculentissimum invenimus, tum videmus, ut sophista cum Socrate, homine artis dialecticae peritissimo, verbis contendens nomen suum tueatur et auctoritatem, denique grammaticae interpretationis poetarum specimen exhibetur, idque, quod litterarum monumentis proditum sit, antiquissimum. Iam vero ad quas res sophistae instituant, id primum in eo sermone, quem Socrates cum Hippocrate habet, disputatur. Cui quaestioni solvendae quum ipsi sibi videantur impares, a Protagora, simul atque ad eum perventum est, eiusdem rei explicationem petunt. Ille quum homines sapientiores et meliores sua disciplina effici dicat, tum de virtutis via notione disseritur, cuius Socrates, etsi paulo tectius, duo distinguit genera, ut sophisticam finibus, quos supra significavi circumscribat. Ipse enim sophistis unam virtutem civilem,<sup>33)</sup> quam consulto τὴν πολιτικὴν τέχνην

32) Bertram: Platons Alkibiades I, Charmides, Protagoras (Naumburg 1881) p. 30—52. A nonnullis, quae in hac comminatione habentur, maxime ab iis quae de partibus Protagorae datis p. 37 et aliis locis iudicantur, me dissentire, ex rationibus quas supra attuli apparet. — Huius dialogi praestantiam, qua adolescentium studiis dignissimus sit, his verbis effert Ad. Westermayer Zwei Kapitel aus einer Schulerklärung d. Platon. Protagoras (p. 342 A—347 A) Nürnberg 1880. p. 10: Ich betrachte diese Schrift nicht blos um ihrer künstlerischen Vollendung willen, sondern auch in sittlicher Beziehung als ein solches Kleinod der Literatur, dass ich sie jedem jungen Manne als ein Vademecum auf den Weg des Lebens mitgeben möchte.

33) Plat. Men. p. 91 A.: Μένων ἐπιθυμεῖ ταῦτης τῆς σοφίας

p. 319 A vocat, relicturus de eius solius disciplina quaestionem infert neque aliam intelligit, quum Protagorae oratione sibi persuasum esse confitetur, (a sophistis) virtutem posse doceri. Alterum eius genus, cum boni honestique cognitione et recti conscientia coniunctum, quod unice virtutis nomine dignum est, id a disciplina sophistica alienum esse arbitratur. Conatur igitur probare Protagoram, cuius praecepta de iis quae vitae civilis ratio requirat, haud inepta sint, nescire, quae sit verae virtutis natura imperiteque de ea nugari, ut immerito virtutis magistrum se profiteatur, eamque ipse docet et unam esse et in scientia constare.

Sed in hac parte disputationis Socrati persona imposita est, quae ab ea, quam plerumque apud Platonem fert, longe abhorret. Etenim ut suae causae serviat, et argumentis aliquot utitur, quae ceteris Platonici Socratis sententiis non congruunt, nec semper vere hic cum adversario agit. Quam diversitatem iam olim iudicavi in eo positam esse, quod Plato, quemadmodum ad Protagorae aliorumque sophistarum disciplinam exponendam et res ipsas, quas docebant, significavit, et docendi viam ac rationem effinxit, sic de industria ea, quae Socrati tribuit, placita ac decreta ex ipsius Socratis doctrina repetiverit et eius disputandi rationem expresserit.

De utraque re Stallbaumii alia fuit sententia, qui omnia, quaecunque Socrati minus honesta esse videantur, e sophistarum vulgique opinione et mente disputata esse statuit. Itaque quae de fortitudine disseruntur, ea, inquit vir doctissimus in praefat. suae edit. secund. p. 30 sq., Socrates pleraque omnia ad mentem ipsius Protagorae disputat, ita quidem ut eum per suam ipsius rationem in fraudem et errorem inducat. Nam Socrates ipse, etsi fortitudinem quoque in scientia positam esse iudicabat, tamen neutiquam eam volebat inesse in callida quadam rerum iucundarum aut iniucundarum, metuendarum aut non metuendarum deliberatione, ad quam unam sane illam referebant qui virtutis dignitatem uno utilitatis studio terminabant: imo eum pro certo et explorato habemus eam scientiam, quae requireretur ad fortitudinem, item in boni rectique cognitione atque certa officii persuasione positam iudicavisse. Idemque, quod Socrates honestum et iucundum idem esse ait adeoque voluptate ita fruendum arbitratur, ut ad eius usum sapientia adhibeatur, huius sententiae auctores facit

---

καὶ ἀρετῆς, ἢ οἱ ἀνθρωποι τάς τε οἰκίας καὶ τὰς πόλεις καλῶς διοικοῦσι, καὶ τοὺς γονέας τοὺς αὐτῶν θεραπεύονται, καὶ πολίτας καὶ ἔργοντας ὑποδέξασθαι τε καὶ ἀποπέμψαι ἐπίστανται ἄξιος ἀνδρὸς ἀγαθοῦ.

sophistas. Nam: haud scio, inquit, an Socrates in eo loco potius ipsorum sophistarum opiniones Protagorae proponat, quo facilius eum deinde laqueis dialecticis irretiat.

Verum enim vero Protagoras Socratis sententiam alteram graviter refellit, alteram num amplectatur, vehementer dubitat. Et Socrates, cui Xenophon Memorab. IV. 6, 8 scribit placuisse utile et bonum idem esse, recte ac iure a Platone ita disputans inducitur, ut iucundum, quod quidem nunquam non iucunde afficiat, nihil aliud esse nisi bonum statuat. Neque Plato, sed Socrates docebat singulas virtutes, quae scientia coniunctae sunt, neque inter se neque a scientia omnino differre. Atque omnes sententias, quas Socrates in Protagora profert, ad Socraticam doctrinam accommodatas esse, nuper Joyau eo quem in annotat. 29 memoravi libro gravissime et constanti iudicio defendit contenditque illam doctrinam adeo plenam et absolutam hoc dialogo contineri, ut nusquam quae sit vera eius forma ac facies manifestius deprehendi possit.

Neque dubitandum est, quin qua ratione Socrates hoc loco cum Protagora disserit, eadē cum civibus Atheniensibus colloqui solitus sit. Non enim Plato in libro, quo magistrum suum naturam et vim virtutis enucleantem facit, ei talia argumentationis vitia, qualia in locis supra p. 8 allatis inveniuntur, tribuisset, nisi veram eius disputandi rationem voluisse exprimere. De conclusionibus, quibus Protagoras hic deceptus est, Plato ipse, ut vidimus, in Theaeteto legentibus se purgare voluit, sed iuvenem Socratem, qua aetate cum Protagora apud Calliam sermones contulisse dicitur<sup>34)</sup>, eiusmodi captiones omnino non fugisse, pro certo affirmari potest. Namque Socrates in symposio (p. 202) se narrat a Diotima demum didicisse falso concludi, quidquid non esset pulchrum, necessario id ipsum esse turpe aut quidquid non sapiens, id insciens, sed medium quiddam esse inter sapientiam et inscientiam, illamque monuisse, ne contuleret et cogeret quod non esset pulchrum, id turpe esse, nec quod non bonum, malum<sup>35)</sup>. Idemque in Protagora orationis ambiguitate non semel utitur, ut p. 319 A in eius verbis δοκεῖς μοι . . ὑπισχνεῖσθαι ποιεῖν ἄνδρας ἀγαθοὺς πολίτας Heraclitea quaedam obscuritas inest; nam ποιεῖν reddendi vi, non gignendi vel procreandi, positum esse et accusativos diversae esse potestatis, alterum obiecti, alterum praedicati nominis, id quidem certum est, sed ἀγαθούς ad ἄνδρας

34) P. 314 B.: ήμεῖς γὰρ ἔτι νέοι, ὥστε τοσοῦτο πρᾶγμα διελέσθαι.

35) Plat. symp. 202 B: Μὴ τοιννού ἀνάγκαξε, οὐ μὴ καλόν ἔστιν, αἰχρὸν εἶναι, μηδὲ οὐ μὴ ἀγαθόν, κακόν.

referatur, an ad *πολίτας*, liberum est arbitrium. Protagoras, qui virtutem universam, non civilem modo, se trahere profitetur, sese arbitratur videri cives ad virtutem instituere<sup>36</sup>), non viros ad vitae civilis artem, Socrates, quamquam civilem virtutem sive prudentiam intelligit, ut ex proximis verbis apparet, tamen hic nondum sciri vult, ex sua sententia perfectam virtutem ac consummatam sophistis omnino non concedendam esse. Eiusdem ambiguitatis exemplum ad argumentationem etiam gravius ad p. 350 B. notavimus.

Proximum est, ut videamus, quo tempore hic liber conscriptus sit, et quando colloquium finiatur habitum. Atque de priore tempore plerisque interpretibus ita visum est, ut libri confectionem ad Platonis adolescentiam referendam esse statuerent. Socrate enim vivo hunc sermonem litteris mandatum esse volunt<sup>37</sup>), qui quum moreretur, natus fuit Plato viginti septem annos. Sed quamquam facile credimus, in Platone, acerrimi viro ingenii, ea quae futura essent, multo maturius quam in plerisque hominibus perfecta esse, tamen tanta scribendi elegantia et perfectio, quanta hic singulae partes descriptae, res et homines paene sub oculos nostros subiecti, in argomento explicando omnia ad artem directa sunt, in nullum adolescentem ne summa quidem ingenii felicitate praeditum videtur cadere. Et Plato, quem vidimus Socratis et doctrinam et disserendi rationem hoc dialogo exponere voluisse, hoc satis inepte eo fecisset tempore, quo Socrates quotidie disputandi docendique causa palaestras, gymnasia, forum, omnia denique loca, ubi homines congregabantur circulique erant, perlustrabat. Nec enim Plato, quum veritatem sequeretur, verbis suis veras viventis actiones superare potuisset, nec fuissent qui, quum his ipsis interesse possent, earum formam adumbratam desiderarent. Quodsi quaerimus, cur hunc librum iam vivo Socrate confectum esse statuatur, hanc

36) Perspicuis verbis ipse id in sequentibus declarat p. 328 B: εἰ ὁλίγον ἔστι τις ὄστις διαφέρει ήμῶν προβιβάσαι εἰς ἀρετήν, ἀγαπητόν. ὡν δὴ ἐγὼ οἶμαι εἰς εἶναι, καὶ διαφερόντως ἡν τῶν ἀλιων ἀνθρωπων ὀνῆσαί τινα πρὸς τὸ παλὸν πάγαθὸν γενέσθαι. conf. p. 339 B. Aristot. pol. VIII, 14 (1333 a. Bek.): τοῦτ' ἀν εἴη τῷ νουοθέτῃ πολιματευτίον, ὅπως πολίτης καὶ ἄρχων ἀνδρες ἀγαθοὶ γίνωνται. Hinc Seneca ep. 76: In eo loco (i. e. auditorio), in quo vir bonus discitur, paucissimi sedent.

37) Vid. C. Fr. Hermann Histor. Philos. Plat. I, 618 not. 323, Steinhart Praefat. ad Prot. p. 432, Susemihl Jahrb. f. cl. philolog. 1880 p. 717, Zeller Philos. d. Griech. II. 1, 433 sqq., qui tamen ipse arbitratur (p. 451 not. 3) Protagoram post Socratis mortem et quidem antequam Plato in Aegyptum proficeretur, scriptum esse, eique consentit Bonitz Platon. Stud. p. 241.

maximam causam reperimus, quod in eo Platonis de ideis doctrinae vestigia certa non animadvertiscantur. Verum, si quid video, inde non consequens est, illam doctrinam eo tempore, quo liber conscriptus est, a Platone nondum fuisse excogitatam, imo si ea, quae modo disputavimus, idoneam habent fidem et Socrates in Protagora suas ipsius partes, non Platonis, agit, illi doctrinae illustrissimae nullum in hoc sermone locum relictum fuisse apparet, ut ex eo quod Socratis placita in dialogo non ad eam relata sunt, de tempore scriptionis aliqua probabilis conjectura colligi non possit. Neque virtutum numerus ad hanc quaestionem spectat. Numeratur enim in hoc libro inter virtutes cardinales, quas vocant, praeter iustitiam, sapientiam, temperantiam et fortitudinem etiam pietas, cuius Plato in iis libris, qui posteriore tempore scripti videntur esse, plerumque nullam iniicit mentionem, iustitiae eam subiungendam esse ratus. At Protagoras in hoc colloquio quinque virtutis partes discernit isque pietatem una cum iustitia et temperantia iam in oratione de virtutis origine et disciplina commemoraverat; Socrates, qui p. 361 B disputationis summam repetit, pietatem praetermittit. ἐπιχειρεῖς, inquit, ἀποδεῖξαι, ὡς πάντα χοήματά ἔστιν ἐπιστῆμη καὶ ή δικαιοσύνη καὶ ή σωφροσύνη καὶ ή ἀνδρεία. Non equidem ignarus sum, pietatem a Socrate in virtutum numero et praecipuo quodam loco positam esse, sed quot virtutis formas Plato, quum hunc dialogum scriberet, probaverit, id rationibus confirmari posse nego.

Iam si quaeritur, quo tandem tempore liber scriptus esse videatur, certum quandam annum in re prae ceteris lubrica constituere sane est difficile. In primis Platonis scriptis hunc librum numerandum esse, in eo quidem omnes consentiunt, satisque constat eum prius confectum esse quam Lachetem<sup>38)</sup> et Gorgiam. Orationis festivitate ac varietate, dilucida rerum descriptione et sententiis in aliena studia directis Phaedrus et Protagoras inter se similimi sunt, et quum ille ante annum trecentesimum nonagesimum sextum<sup>39)</sup> compositus esse videatur, cum probabilitate suspicari licet, Protagoram triennio inter hunc quem posui annum et Socratis mortem interiecto esse conscriptum.

Longe autem ab illo tempore id diversum est, quo Plato hunc sermonem habitum esse fingit. Videndum igitur nunc est, quod sibi tempus proposuerit, quo homines

38) Vid. quae de hoc dialogo disputavit H. Becker in Jahrb. f. cl. philol. 1880 p. 305—316.

39) Conf. Susemihl: Die Abfassungszeit des platon. Phädrus l. 1. p. 707—724.

illi totius Graeciae clarissimi ad Calliam convenisse dici possent. Athenaeus p. 218 ex Hippocratis verbis: *ἔτι γὰρ παῖς ἦ, ὅτε τὸ πρότερον ἐπεδῆμησε (Πρωταγόρας)*, quae initio dialogi scripta inveniuntur, ex iis igitur concludit Protagoram secundo adventu Athenis morantem hunc de virtute sermonem cum Socrate habuisse. Quare quum Socrates tertio iam die postquam ille advenit, cum Hippocrate eum convenisse dicatur, hoc praecipue quaerendum putavit, quo anno sophista iterum Athenas venerit. Quam rem hoc modo effecit, ut, quia Protagoras ad Calliam devertit, mortem Hipponici, Calliae patris, exquisiverit. Atque Hipponicus, inquit, dux creatus et contra Tanagraeos una cum Nicia profectus est Euthydemus archonte h. e. Ol. 88, 3 (426 a. Chr. n.), sed mortuus iam erat anno tertio Ol. 89, quo Eupolis fabulam Adulatores docuit, qua in fabula Callias hereditatem adiisse, nec ita pridem adiisse dicitur, ut mortem patris in primum aut alterum annum Ol. 89 incidisse intelligatur. Eadem in fabula ab Eupolide Protagoras etiam inducitur, quem tum nondum diu Athenis versatum esse ex eo collegit, quod in Conno Amipsiae duobus annis ante acta in sophistarum numero non producitur. Quum igitur illo temporis spatio, quod inter primum et tertium annum Ol. 89 interiectum est, et mortuus sit Hipponicus et Protagoras Athenas reverterit, necesse est, inquit, in unum aliquem ex his tribus annis Plato, si ratione egisse putandus est, illum conventum retulerit, atque quum adsit etiam sermoni Hippias Eleus, de altero anno Ol. 89 eum cogitasse statuendum est, quod Hippias nisi per indutias annuas Isarcho archonte anno primo Ol. 89 factas non potuerit tuto Athenis degere. Illo autem tempore neque Paralus et Xanthippus, Pericles filii, Protagoram audire potuerunt, utpote ante patrem mortui<sup>40)</sup>), neque Pherecratis fabula Agrestes, quae demum Aristione archonte (Ol. 90, 4) docta est, in Protagora (p. 327 D) commemorari debuit, unde Athenaeus manifesto apparere dicit diversa Platonem tempora confudisse historiaeque

40) Censeo enim in verbis Athenaei (p. 506 A) *οἱ ἔτι πρότερον τελευτήσαντες* ante *πρότερον* intercidisse *πος* i. e. *πατρός*, Casaubonus ipro *οἱ ἔτι* voluit *οἱ ἔτει* i. e. *οἱ πέμπτῳ ἔτει πρότ.* eaque coniectura, quam ipse veram omnino et certam emendationem dicit, hodie etiam pro vera habetur, quamquam iam anno 1859 in commentatione de temporibus rerum in Platonis Protagora p. 9 Casauboni errorem patefeci ex descriptione Olympiadum quam in Animadvers. ad Athenaeum ad lib. V cap. 15 (edit. Lugdunens. 1621 p. 378) adiecit. Ibi scripsit sub Ol. 89, 3: Protagoras fuit tum Athenis, quum paulo ante eo venisset secundum, et Pericles filiorum mortem transfert in Ol. 87, 2; itaque luce clarius est eum totam Olympiadem 88 in computatione annorum omisisse.

fidem laesisse. Sed praeter ea, quae Athenaeus memoravit, alia etiam in hoc dialogo habentur, quae nisi temporum ratione neglecta ad secundum annum Ol. 89 (423 a. Chr. n.) referri nequeant. Non enim Agatho poeta, qui iam proxima Olympiade (90, 4), ut Athenaeus p. 217 A memoriae prodidit, in certamine tragico victoriam reportavit, eo anno νέον ἦτι μειοάκτον fuit, quo nomine p. 315 D a Socrate appellatur. Neque magis cum illo anno concinunt, quae p. 311 C de Phidia Athenensi et p. 335 E de Crisone Himeraeo memorantur. Ille enim, quem iam anno primo Ol. 87 interiisse constat<sup>41)</sup>, exempli causa inter eos nominatur, quos adiens Hippocrates certam quan-dam artem doceatur, cum Crisone, insigni cursore Socrates Protagoram comparat orationum cursum non inhibentem et suam condicionem, si cum sophista longis orationibus certare iubeatur, eandem esse dicit, ac si Crisone currendo iubeatur aemulari. Tribus deinceps certaminibus Olympicis — Ol. 83. 84. 85 — Criso<sup>42)</sup> cursu vicit, ut illo tempore eius pedum pernitas tota Graecia esset celebris; sed Ol. 89, 2 post ultimam victoriam duodeviginti annorum spatio intericto sine dubio tantum de ea laude fuit detractum, ut nec ipse δρομεὺς ἀκμάξων appellari posset et Socrates nihil haberet, cur cursu cum eo certare nollet. Etenim ne Socratis quidem persona, qui ut iam vidi-mus, iuvenili aetate florens describitur, anno 423 respondet.

Sed haec omnia ita comparata sunt, ut nos ad prius quoddam tempus hunc dialogum accommodatum esse existimare oporteat. Et Athenaei rati-ones speciosiores quam veriores sunt. Protagoras, ut supra ostendimus, artem sophisticam inchoaverat anno 455 a. Chr. n. Ab eo igitur anno per singulas urbes migraverat et in optimis artibus omnes quicunque discendi cupidi erant erudiverat. Quae eius consuetudo (*τὸν ἐπιδημεῖν*) Athenaei sententiae magnopere adversatur. Neque enim Protagoras anno 423 secundum Athenas advenire potuit, nisi triginta duorum annorum spatio aut semel ibi versatus erat aut semel abfuerat. Utrumque et per se incredibile est nec ullius sophistae exemplo probatur. Et fuerat Protagoras Athenis iam versatus Ol. 84 (444) atque ibi ad tantam famam pervenerat, ut quum eo anno colonia Thurios deduceretur, illis colonis leges qui scriberet ab Atheniensibus dignus haberetur.<sup>43)</sup> Véri

41) Hanc O. Muelleri sententiam secutus etiam est Brunn Graecor. artific. histor. I. p. 167.

42) V. Diodor. XII, 5. 23. 29. Dionys. Hal. Antiq. Rom. XI init. Pausan. V, 23.

43) Diog. Laert. IX. 8, 50: Πρωταγόρας . . Μαιανδρίου Ἀβ-

igitur est simillimum eum hanc ob causam Thurios profectum esse indeque in Siciliam, qua in insula a Platone (Hipp. I. p. 282 D) fuisse dicitur, iter fecisse. Atque Plutarchus in vita Perielis (c. 36) narrat, Xanthippum quos pater cum Protagora habere solitus sit sermones ira dictum divulgasse. A Plutareho etiam verba Protagorae servata sunt Consol. ad Apoll. c. 33, quibus hic exposuit, quam se constantem Pericles praestaret, quum ambo eius filii intra octo dies vita dececessissent: τῶν νιᾶσιν (Παράλον τε καὶ Σανθίππου) νεηνιῶν ὅντων καὶ καλῶν, ἐν δικτῷ δὲ ταῖς πάσῃσι ἡμέρῃσι ἀποθανόντων νηπενθέως ἀνέτλη... πᾶς τίς μιν δοῶν τὰ ἑωντοῦ πένθεα ἐρρωμένως φέροντα μεγαλόφρονά τε καὶ ἀνδρεῖον ἐδόκει εἶναι καὶ ἑωντοῦ κρείσσω, κάρτα εἰδὼς τὴν ἑωντοῦ ἐν τοιοῦσδε πρόγμασι ἀμηχανίην, ex quibus probabili conjectura colligi potest Protagoram tum etiam, quum illi moriebantur, Athenis versatum esse. Sed iisdem quos significavi annis Protagoram saepius ab Athenis absuisse ex iis cognoscitur quae Plato eum in hoc dialogo (p. 316 C) pronuntiantem induxit. Itaque irritum illud Athenaei argumentum putandum est, sed quum verba Hippocratis (p. 310 E) ἔτι γὰρ παῖς ἦ, ὅτε τὸ πρότερον ἐπεδήμησεν nequaquam ita accipienda sint, ut primam sophistae mansionem Athenis intelligamus, sed proximam, ad hanc nostram quaestionem nihil refert, quota illa fuerit.

Neque rectius Athenaeus tempus, quo hic dialogus habitus esse fingitur, Hipponici morte definire conatus est, quem cur tum iam mortuum esse credamus, iusta causa non subest. Si quis Socratem ex Piraeo redeuntem et cum Thrasymacho sophista aliisque sermones se habuisse narrantem interrogavisset, ubinam id fecisset, ille respondisset: παρὰ Πολεμάρχῳ τῷ Κεφάλον, ait enim ipse (de rep. p. 328 B) ἀπῆμεν πρὸς τὸ ἄστυ πατιδῶν.. Πολέμαρχος ὁ Κεφάλον ἐκέλευσε περιμεῖναι.. ἥμεν οὖν οἴκαδε εἰς τὸν Πολεμάρχουν. Ex his verbis ad Polemarchum convenierunt et postea demum comperimus Cephalum in vita esse et in eadem domo versari, cuius mentio si non facta esset, Cicero Epist. ad Attic. IV. 16 non potuisset scribere in Piraeum Socratem venisse ad Cephalum locupletem et festivum senem. Quod quum simili ratione Hippocrates in Protagora (p. 311 A) sophistam ad Calliam, Hipponici filium, devertisse dicit, non de Hipponico tamquam mortuo loquitur; nihil autem fuit causae, cur, ubi ille esset, commemoraret. Potuit autem Hipponicus tum

---

δηρίτης, καθά φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τοῖς περὶ τόπων,  
ὅς καὶ Θουρητοῖς νόμοις γράψαι φησὶν αὐτόν.

aut per longius quoddam tempus ab urbe abesse sive in exercitu sive in legatione peregre versans, aut domum suam<sup>44)</sup> in Piraeo habitare.

Itaque nihil nos impedit, quominus cogitatione ultra annum 423 regrediamur et statuamus talem conventum, qualis a Platone hoc libro exhibetur, Calliae domi nisi ante bellum peloponnesiacum esse non potuisse. Ad quod tempus accuratius definiendum plurimum Alcibiadis descriptio confert, quam initio dialogi habemus; dicit enim familiaris Socratis Alcibiadem sibi nuper pulchrum virum, at virum tamen visum esse, cuius malae iam sint lanugine obductae. Quae ei Socrates non gravate concedit, quum addat, ex Homeri sententia χαριεστάτην ἥβην εἶναι τοῦ ὑπηρήτου, ἦν νῦν Ἀλκιβιάδης ἔχει. Spectant ad hunc locum Athenaei verba p. 219 E: ὅτι δὲ (Σωκράτης) ὄντως ἥρα τοῦ Ἀλκιβιάδου, δῆλον ποιεῖ Πλάτων ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ, παίτοι μικρὸν ἀπολεύποντος τῶν τριάκοντα ἐτῶν, sed librariorum incuria litteram λ' pro κ' describentium misere ea quidem corrupta sunt. Non enim Athenaeus adeo Atticorum linguae et institutorum imperitus erat, ut, quis ἥβην ἔχειν Attice diceretur, nesciret. An quisquam arbitratur, haec verba Cratini: αὐτὸν ἐπαίδευσεν ἐθρέψεν τε Δημοσίοις χοήμασιν εἰς ἥβην, "Ινα ποτέ οἱ λοιγὸν ἀμύναντο, aut haec Thucydidis (II, 46): τοὺς παῖδας (τῶν θαπτομένων) τὸ ἀπὸ τοῦδε δημοσίᾳ ἡ πόλις μέχοι ἥβης θρέψει ab Athenaeo ita esse accepta, ut opinaretur civium Atheniensium in bello occisorum filiis usque ad tricesimum aetatis annum publice victus suppeditatos esse. Neque Athenaeus quot annorum Alcibiades tum fuerit ipse computavit, sed hunc annorum numerum ex Alcib. I. p. 123 D excerpit, ubi dicitur nondum plane viginti annos natus: ὁ Ἀλκιβιάδης οὗτος ἐτη οὐδέπω γεγονὼς σφόδρα εἰκοσιν, eademque aetate eum — πρὶν εἰκοσιν ἐτῶν εἶναι — aliqua consuetudine cum Socrate coniunctum fuisse Xenophon Memor. I. 2, 40 tradidit. Itaque apud Athenaeum pro τῶν τριάκοντα ἐτῶν scribendum est τῶν εἰκοσιν ἐτῶν, neque dubitari potest, quin illis Platonis verbis Alcibiades ephebus h. e. adolescens duodeviginti vel undeviginti annorum sit accuratissime descriptus.<sup>45)</sup> Quam aetatem quando Alcibiades egerit, hodie

44) E. Zeller Anachronism. i. d. plat. Gesprächen (Abhandl. d. Berl. Akad. 1873 p. 85) hanc meam sententiam labefactari censem eo quod Hippias p. 337 D Calliae domum urbis amplissimam et beatissimam vocat; sed his verbis Calliae blanditur generisque eius amplitudine ad hospitii dignitatem laudibus efferendam utitur.

45) Conf. commentationem meam De temporibus rerum quae in Platonis Protagora habentur constituendis (Erfurt 1859) p. 15 sqq.,

satis constat. Quamquam enim a veteribus auctoribus, quum plurima et de privata vita eius et de publica tradiderint, neque quo tempore natus sit neque quanto aetatis anno perierit, scriptum accepimus, tamen recentiorum maximeque Meieri<sup>46)</sup> quaestionibus subtiliter et recte probatum est, natum eum fuisse Ol. 82, 2 sive a. 451. Quae quum ita sint, hic dialogus ad alterutrum annum biennii bello peloponnesiaco excepti referendus est, et ut plerisque interpretibus, ita nobis animus ad annum 432 magis inclinat, quumque tot peregrini homines ad Calliam convenisse dicantur, haud scio an verno tempore sub Dionysia urbana Ol. 86, 4 hoc colloquium habitum putari debeat; v. ann. ad p. 315 D.

Eo tempore Callias viginti fere annos natus erat, certe non multo maior, id quod inde colligas, quod sexaginta annis post (Ol. 102, 2 sive a. 372) legatus Spartam missus est<sup>47)</sup>; nec tamen tum minus viginti annos habuit. Nam eadem matre natus atque Xanthippus et Paralus, Periclis filii, aetate eos antecessit<sup>48)</sup>; constat autem Xanthippum in matrimonium duxisse filiam Isandri<sup>49)</sup>. ut ipse, quum Ol. 87, 2 pestilentia consumeretur, undeviginti saltem annos complevisse putandus sit. Adde quod ex Hippone Calliae mater, priusquam Pericli nupsit, etiam Hippareten, quam postea Alcibiades sibi matrimonio iunxit, peperit, iam intelliges nostram de Calliae aetate sententiam aut veram esse aut vero proximam.

Ex iis quae Athenaeus p. 220 et scholiastes ad Plat. Menexen. p. 235 E de Aeschinis Socrati dialogo, qui Callias inscriptus fuit, narraverunt, coniicere licet Aeschinem illum dialogum ad idem fere tempus aptavisse. Nam in eo libro, in quo Calliae cum Hippone patre similitatem pluribus memoraverat, non modo Anaxagorae (? Protagorae) et Prodici disciplinam irriserat, sed in Periclem etiam et Aspasiam invectus erat.<sup>50)</sup> Ex quo, opinor,

---

ubi et de hac re et de reliquis huc pertinentibus uberioris, quam hic licet, disputatum est. De Alcibiadis Platonici aetate praeterea disputavi in Zeitschr. f. d. Gymnasialw. Berl. 1858 p. 260—266.

46) In Indice lect. Gryphiswald. 1821; eum quum alii securi sunt, tum Vischer (Alcibiad. et Lysander p. 52) et Hertzberg (Alcibiades, Halle 1853 p. 53 et 60 sq.).

47) Xenoph. Hellen. VI. 3, 2. Diodor. XV. 51. De hoc viro omnium Atheniensium opulentissimo et sophistis mirifice dedito disputavit Perizon. ad Ael. V. H. 11, 6. Boeckh. De Oeconom. Att. I. p. 629. Veterum scriptorum locos plurimos, qui de illo agunt, colligit Heindorf. ad Protag. p. 311 A.

48) V annot. ad p. 314 E.

49) Plutarch. Pericl. c. 36, 1. Athen. p. 589. D.

50) Athen. 1. 1. ὁ δὲ Καλλίας αὐτοῦ (τοῦ Αλεξάνδρου) περιέχει τὴν τοῦ Καλλίου πρὸς τὸν πατέρα διαφορὰν καὶ τὴν Προδίκου

telligitur, iam ante bellum peloponnesiacum et Hipponico vivo, qui in pugna Deliaca (a. 424) cecidisse fertur<sup>51)</sup>, Calliam sophistis se dedisse. Et dubitatio, quo iure Plato finixerit eum iam tum domi suae sophistas vidisse et tot homines hospitio excepisse, rationi convenienter, ut vidi-mus, tolli potest neque recte creditum est Platonem in hac re anachronismum quem dicunt commisisse. Nam ut alia, quae supra memoravi, omittam, Hippionicus praeter domum, quae in pago Melitensi sita erat in eaque habitum hoc colloquium fingitur, alteram eamque magnificen-tiorem in Piraeo habuit, in qua post Hippionici mortem Callias illud convivium, quod Xenophon descripsit, ob Autolyci quem amabat victoriam a. 422 paravit. Quid ergo obstat, quominus Hippionicum, cuius mors in Protagora nusquam significatur, altera domo Calliae concessa in Piraeo tum habitavisse statuamus. Andocide teste Callias in matrimonio habuit filiam Glauconis; quam quum iam ante hoc colloquium duxisse videatur<sup>52)</sup>, ex iis nuptiis causa potest repeti, cur Hippionicus aedes urbanas Calliae condonaverit.

Una res est, quae illi anno, ad quem dialogum retulimus, non respondeat, commemorationem dico fabulae Agrestium, quam Athenaeus p. 218 C. Ol. 89, 4 (421) actam esse testatur. Quae memoria si vera est, concedendum est Platonem hac in re a veritate deflexisse, sed quum in tanta copia comoediarum quotannis in scenam delata-rum nemo nisi didascaliis inspectis, quo anno singulæ doctæ essent, scire posset, Plato veniam rei ad orationem ornandam et Protagoræ dicendi consuetudinem vere de-pingendam adiectæ impetraturum se sperare potuit. Non vero eadem erat ratio in iis quae ad illos homines, qui in hoc libro inducti sunt, pertinerent. Quorum vita in luce Graeciae acta quum non modo Atheniensibus, sed ne reliquis quidem Graecis esset ignota, eo magis hoc philosopho cavendum erat, ne quae a veritate abhorrerent, de iis traderet, quod in talibus rebus iudicandis Graeci nobis erant acerbiores.<sup>53)</sup> Maxima autem circumspectione haec omnia constituta esse et inique magis quam recte

---

καὶ Ἀναξαγόρου τῶν σοφιστῶν διαμώησιν πτέ. Schol. ad Menex. Ἀσπασίᾳ καὶ Περικλέᾳ δημηγορεῖν παρεσπεύσεν, ὡς Αἰσχίνης ὁ Σωκρατικὸς ἐν διαλόγῳ Καλλίᾳ.

51) Andocid. adv. Alcib. 13, Athen. p. 218 B; quam memoriā falsam esse dicit Krüger Histor.-philolog. Stud. II 288 sqq., sed vid. quam in annot. 44 memoravi commentationem p. 7.

52) Vid. annot. ad p. 314 E.

53) Conf. Isocrat. XI. 8. Aristid. III. p. 551 (vol. II. p. 435 edit. Dindorf.). Athen. p. 216 F.

Platonem a quibusdam hoc nomine reprehensum esse nobis videmur docuisse.

Restat, ut de Simon ideo carmine pauca dicantur. Eius reliquias primus Schleiermacherus a Platonis oratione rectius separavit et in versibus restituendis multi viri docti versati sunt, sed quaedam dubia remanent. Plerisque ea numerorum forma probata est, in quam G. Hermannus in Protagorae editione Heindorfiana p. 598 et Schneidewinus in Delectu poesis Graecorum iamb. eleg. mel. p. 379 poetae verba redegerunt, eamque, ut quantum carminis superest sub unum adspectum subiiciatur, hic proponam:

Στροφὴ α'.

*"Ἄνδρος ἀγαθὸν μὲν ἀλαζέως γενέσθαι χαλεπὸν  
ζεστίν τε καὶ ποσὶ καὶ νόῳ τετράγωνον, ἄνευ ψόγου τετυγμένον.  
(Desunt quinque versus.)*

Ἀντιστρ. α'.

*Οὐδέ μοι ἐμμελέως τὸ Πιττάκειον νέμεται  
καίτοι σοφοῦ παρὰ φωτὸς εἰρημένον· χαλεπὸν φάτ' ἐσθλὸν  
ἔμμεναι..*

5 *Θεὸς ἀν μόνος τοῦτο ἔχοι γέρας· ἄνδρα δ' οὐκ ἔστι μὴ οὐ κακὸν  
ἔμμεναι,*

*ὅν ἀμάχανος συμφορὰ καθέλῃ.*

*Πράξαις γὰρ εὖ πᾶς ἀνὴρ ἀγαθός,  
κακὸς δ' εἰ κακῶς, καὶ  
τούπιπλεῖστον ἄριστοι, τούς νε θεοὶ φιλέωσιν.*

Ἐπωδὸς α'.

10 *"Ἔμοιγ' ἔξαρκεῖ,  
ὅς ἀν μὴ κακὸς οὐ  
μηδ' ἄγαν ἀπάλαμνος, εἰδὼς γ' ὀνησίπολιν δίκαν, ὑγιῆς ἀνήρ.  
Οὐ μιν ἔγὼ μωμήσομαι.  
(οὐ γὰρ ἔγὼ φιλόμωμος.)*

15 *τῶν γὰρ ἡλιθίων ἀπείρων γενέσθλα.  
Πάντα τοι καλά, τοῖσι τ' αἰσχρὰ μὴ μέμικται.*

Στροφὴ β'.

*Τοῦνεκεν οὐ ποτ' ἔγὼ τὸ μὴ γενέσθαι δυνατόν  
διξήμενος πενεὰν ἐς ἄποικον ἐλπίδα μοῦσαν αἰῶνος βαλέω,  
20 πανάμιμον ἀνθρώπον. εὐρυέδους ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονός.  
ἐπει οὔτιν' εὐρῷσθαι ἀπαγγελέω.  
Πάντας δ' ἐπαίνημι καὶ φιλέω,  
ἐκὼν ὅστις ἔρδη  
μηδὲν αἰσχρόν· ἀνάγκαι δ' οὐδὲ θεοὶ μάχονται.*

Sed Bergkius (Poetae lyric. Graec. edit. III, p. 1114), qui vere hoc vidit versuum numeros in epodo eosdem esse qui in strophis deprehenduntur, Simonidem nullis in hoc

carmine epodis usum esse ratus verba ἔμοιγ' ἐξαρκεῖ poetae abiudicat et ceteris epodi versibus lacunam primae strophae explet. In quibus versibus, ut numeris strophae plane respondeant, pauca mutavit: pro ὅς ἀν μὴ πακὸς ἦ scripsit ὅς ἀν ἦ πακός, ut negatio ex sequentibus repetenda sit, sed facilius, ut apud Homerum fieri solet (vid. Krüger II. 62, 4), abesse possit ἦ et scribi ὁ κε μὴ πακός, deinde pro οὐ μιν ἐγώ posuit οὐδὲ μὴ μιν ἐγώ, quod verum esse non videtur, denique recte ex carmine Simo-nideo eiecit et Platoni reddidit verba οὐ γὰρ ἐγώ φιλό-μωμος. Constat igitur de Bergkii sententia carmen tribus strophis integris. Eius rationem Blassius (Rhein. Museum 1872 p. 326) secutus est, sed locum illorum epodi versuum mutavit; quos Bergkius primae strophae addidit, iis ad secundam stropham a versu tertio restituendam utitur totumque carmen, quod non pro epinicio sed pro scolio habendum sit, illis quatuor strophis constitisse arbitratur. Hunc stropharum ordinem Ramorinus p. 67 ita mutavit, ut Blassii secundam stropham quarto loco collocaret, quae verba Bergkio auctore (p. 1116) iam Hartungius ad extreum carmen retulerat.

Mea quidem sententia id dubitari nequit, quin Simonidis verba quae Plato p. 346 C posuit, sive partem strophae sive epodum effecerunt, proxime antecesserint stropham *Toῦνεκεν οὐ ποτ'* — *θεοὶ μάχονται*, et haec ipsa stropha, qua illa verba excepta sunt, carminis fuerit ultima. Huius rei indicio est carminis interpretatio Socratica et sententiarum nexus a Blassio explanatus.

## CODICES EORUMQUE NOTAE.

Magnum numerum codicum, qui ad hunc dialogum et a Bekkero et a Stallbaumio collati sunt, in superiore editione recensuimus; sed quum aut ex Bodleiano aut ex Veneto, ut iam in praefatione diximus, ceteri manaverint, praeter illos duos nullus est, cuius lectiones ab illis variantes magni sint facienda, nam sic ubi meliorem habet, ea inventa est conjectura. Atque optimorum codicium notitia certissima debetur Martino Schanz; is de Bodleiano, qui iam anno 895 scriptus sed demum 1801 a Dan. Clarkio in insula Patmo detectus est et nunc Oxonii in bibliotheca Bodleiana asservatur, in Novis comment. Platonicis p. 111 sqq. copiose exposuit eiusque scripturae simulacrum Euthydemii editioni maiorii (Wirceburgi 1872) addidit, et de Veneto iisque codicibus, qui ad hunc referendi sunt, egit libro quem inscripsit Über den Platocodex der Markusbibliothek in Venedig append. class. 4 nr. 1 (Leipzig 1877).

Etsi autem Venetus tribus fere saeculis posterius scriptus est (saecul. XII.), tamen neque ex Bodleiano ullo modo pendet neque aptus est ex eodem exemplari, ex quo Bodleianus descriptus est, sed communis utriusque fons iam ante Stobaei aetatem fuit divisus et integrior mansit ea pars, unde profluxit Venetus. Quod quamquam omnibus viris doctis, quorum de hac re existimationem cognoverim, longe secus videtur, tamen firmis argumentis sententia mea nititur. Atque hic dialogus si in solo Bodleiano positus esset, et locis quibusdam mancus esset et scripturae mendis scateret. Desunt in eo p. 312 E post περὶ οὐπερ verba καὶ ἐπιστήμονα, περὶ κιθαρίσεως ἡ γάρ; Ναὶ. Εἰσεγένεσθε δὲ δὴ σοφιστῆς περὶ τίνος δεινὸν ποιεῖ λέγειν; ἡ δῆλον ὅτι περὶ οὐπερ factum est. Aliae etiam sed minores sunt lacunae p. 329 C. Ut his locis in Veneto omnia sunt integra, ita brevi conspectu ex Schanzii notis criticis cognoscitur plerasque Veneti lectiones Bodleianis longe esse praestantiores. Multae voces et litterae librariorum arbitrio in Bodleiano additae, multae adeo mutatae sunt, ut quae Plato scripserat sine alieno praesidio nunquam possent revocari. Habet igitur, ut leviora omittam, p. 324 B ἔαν μή τε ὠσιν ἔαν μή pro ἔαν τε ὠσιν ἔαν τε μή, p. 314 C ἐστάντες pro στάντες, p. 323 D οἴονται ἡ pro οἴονται, p. 336 A πρῶτον ὁ μοι pro πρῶτόν μοι, p. 327 A ὁ λέγων pro ὁ λέγω, p. 322 B ἀθροίσειεν pro ἀθροίσθειν, p. 312 D ἡ ἀποκρίσεως pro ἡ ἀπόκρισις, p. 312 E δ' εἰ πον pro δήπον, p. 315 C Ἀριστίωνος pro Ἀριδητίωνος, p. 326 B ἡ μετέωοι pro ἡμερώτεροι. Haec et alia eiusdem generis vitia multa Bodleiani Cobetus (Mnemos. 1880 p. 397) communia utriusque codicis fuisse iudicat, quae in Veneto correcta sint non ex auctoritate libri veteris sed de Graeci lectoris conjectura ut plurimum non infelici. Quae sententia a vero est aliena. Nam neque inter Graecos illorum temporum, quibus Venetus scriptus est, quisquam fuit, qui sua sponte talia corrigere vellet aut posset, neque scriba Veneti in libro quem transcripsit illa via

invenit. De qua re quum pluribus explicaverim in commentatione de vetustissimis Platonis codicibus et ν ἐφελκυστικῷ (Jahrb. f. cl. Philol. 1881 p. 553—561), hoc unum exemplum hic afferre sufficerit. In Euthydemus (p. 280 D) Bodleianus habet ὁ δὴ τούτῳ καλλίω, ex quibus nemo unquam coniectura veram Platonis scripturam, quam Venetus cum Stobaeo (floril. 103, 29) praebet, ηδη τοῦτο ιναρόν restituere potuit. Et haec verba non unius scribæ, sed multorum deinceps mutationibus in Bodleiana corrupta sunt. Corruptio orta est ab οὐανόν, cuius medium *N* pro *AI* habitum est, et scriba Bodleiani, qui iam invenit ὁ δὴ τούτῳ καλλί (i. e. κάλλιον), quum hoc compendium syllabæ *ov* ignoraret, effinxit καλλίω. Non igitur emendatione sed integriore propagatione factum est, ut Platonis oratio in Veneto plurimis vitiis careat. Quae quum ita sint, non dubitavi in lectionis diversitate, si utriusque codicis scriptura locum habere potest, sequi Venetum ut p. 315 B, p. 317 D, p. 330 B, sed ν finale ante consonantes ne ex eo quidem, quamquam multo rarius quam Bodleianus usurpat, recepi, quod ut l. l. demonstravi usitatissimi fuit moris librariorum, ut hanc litteram ubi scriptores attici non posuerunt adderent, quare apud Platonem etiam in versibus quos attulit deprehendimus, quamvis metro vel poetarum consuetudine respuatur, ut Protag. p. 344 C, Men. p. 81 B, Gorg. p. 492 E, eoque more Protag. p. 346 D etiam επαινημιν pro επαινημι scriptum est.

Ad utrumque horum codicum signandum Schanzii notis, ut par est, usus sum; est igitur

B (Bekkeri A) Bodleianus,

T (Bekkeri t) Venetus.

Alii codices, quorum emendationes memorandaes esse videbantur, vulgari more significati sunt.

# ΠΛΑΤΩΝΟΣ

ΠΡΩΤΑΓΟΡΑΣ.

[Η ΣΟΦΙΣΤΑΙ. ΕΝΔΕΙΚΤΙΚΟΣ.]

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΕΤΑΙΡΟΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ,  
ΠΡΩΤΑΓΟΡΑΣ, ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ, ΚΑΛΛΙΑΣ,  
ΚΡΙΤΙΑΣ, ΠΡΟΔΙΚΟΣ, ΙΠΠΙΑΣ.

Cap. I. ET. Πόθεν, ὡς Σώκρατες, φαίνει; ἢ δῆλα p. 309  
δὴ ὅτι ἀπὸ κυνηγεσίου τοῦ περὶ τὴν Ἀλυβιάδον ὥραν;  
καὶ μήν μοι καὶ πρώην ιδόντι καλὸς μὲν ἐφαίνετο ἀνὴρ  
ἔτι, ἀνὴρ μέντοι, ὡς Σώκρατες, ὃς γ' ἐν αὐτοῖς ἡμῖν εἰρη-  
5 σθαι, καὶ πώγωνος ἥδη ὑποπιμπλάμενος.

1. πόθεν — 40, 3 ἔχει Athenaeus p. 219 F attulit, sed liber, unde  
ineunte saeculo tertio p. Chr. n. excerptis, mendose fuit scriptus:  
desiderantur apud eum particulæ ὅτι et μέν, abundat ὁ post ἐφαί-  
νετο, duplicita huius verbi littera ultima exortum, itemque δὴ post  
εἶτα τι, quo quis εἶτα interpretatus erat, et αὐτός post Ἀλυβιάδης,  
denique pro ἐν αὐτοῖς ἡμῖν invenit ἐν ἡμῖν αὐτοῖς.

3. ἀνὴρ BT: ἀνὴρ Bekker, sed recte libri Platonis, est enim  
καλὸς ἀνὴρ praedicatum quod dicitur.

Cap. I. Athenis, in occidentali  
parte urbis, ante ianuam suae  
domus (v. ann. ad p. 314 C) vel  
in publica aliqua sede familiaris  
Socratis cum pedisequo suo se-  
det. Socrates Calliae domo modo  
relicta ex Melite pago (v. Ari-  
stoph. ran. 501 ibique schol.)  
redit. Miratur ille, quid sit quod  
Socratem matutino tempore in  
eam urbis regionem adduxerit,  
sed ex via, qua Socrates ince-  
cedit, suspicatur in pago Scam-  
bonidis, qui Melitae erat finiti-  
mus, eum fuisse et Alcibiadem  
ibi habitantem (v. Plutarch. Al-  
cib. c. 22) convenisse. — Et haec  
suspicio et diei tempus — insta-  
bat enim πλήθουσα ἀγορά quae  
dicitur sive hora quarta — de  
palaestra aut de gymnasio ali-  
quo cogitare nos prohibent, ubi  
hos sermones narratos esse dic-  
amus. Xenophon (Memor. I 1, 10)  
haec de Socrate tradidit: ἐκεῖ-  
νός γε ἀεὶ μὲν ἐν τῷ φανερῷ·  
πρω̄τες γὰρ εἰς τοὺς περιπάτους  
καὶ τὰ γυμνάσια ἦει καὶ πλη-  
θούσης ἀγορᾶς ἐκεῖ φανερὸς ἦν,  
καὶ τὸ λοιπὸν ἀεὶ τῆς ἡμέρας  
ἥν ὅπου πλεύστοις μέλλοι συν-

έσεσθαι. Et apud Platonem  
(Apol. 30 E) Socrates ipse: νῦν  
ἐγείρων, inquit, οὐδὲν πανομαι  
τὴν ἡμέραν ὅλην πανταχοῦ  
προσναθίξων. Sunt autem hi  
sermones, ut in prolegomenis  
p. 31 vidimus, habiti et narrati  
primo vere anni 432 a. Chr. n.

1. Πόθεν, ὡς Σώκρατες] Ci-  
cero, cuius ex interpretatione  
Protagorae Platon. pauca a Pris-  
ciano V. 64, VI. 63, VIII. 35 ser-  
vata restant, hunc locum ita la-  
tine reddidit: Quid tu? unde  
tandem appares, Socrate? an id  
quidem dubium non est, quin  
ab Alcibiade? Conf. p. 337 B  
et p. 356 A.

ἢ δῆλα δὴ ὅτι] ἢ in hac  
formula vi corrigendi ponitur et  
familiaris Socratis his verbis in-  
dicat rem, quam praemissa in-  
terrogatione sciscitatus sit, per se  
manifestam esse, cfr. p. 330 A.  
Etiam ut δῆλα δή (sc. ἔστι) re-  
spondentis, sic ἢ δῆλα δὴ sua  
affirmantis est, ut Euthyphr. 4 B.  
Rarius in hac formula usurpatur  
δῆλον.

4. ἐν αὐτοῖς ἡμῖν] inter-  
nos ipsos i. e. solos, nam αὐ-

B ΣΩ. Εἶτα τί τοῦτο; οὐ σὺ μέντοι Ὄμηρον ἐπαινέτης εἶ, ὃς ἔφη χαριεστάτην ἥβην εἶναι τοῦ ὑπηρήτου, ἦν νῦν Ἀλκιβιάδης ἔχει;

ΕΤ. Τί οὖν τὰ νῦν; ἢ παρ' ἐκείνου φαίνει; καὶ πῶς πρός σὲ ὁ νεανίας διάκειται;

ΣΩ. Εὗ ἔμοιγε ἔδοξεν, οὐχ ἡκιστα δὲ καὶ τῇ νῦν ἡμέρᾳ· καὶ γὰρ πολλὰ ὑπὲρ ἐμοῦ εἶπε βοηθῶν ἔμοι, καὶ οὖν καὶ ἄρτι ἀπ' ἐκείνου ἔρχομαι. ἄτοπον μέντοι τί σοι

2. ὑπηρήτον BT: πρῶτον ὑπηρήτον Cobet Mnemos. 1880 p. 329, sed ὑπηρήτης per se Photio teste idem valet atque ἀκμαῖος, ἄρτι γενειῶν, et Plato aetatem, de qua hic dicitur, accurate notavit, ut Homericum illud πρῶτον h. l. non opus sit.

*tōs*, quae eius est excludendi notio, in his idem est ac *μόνος* nec inter se differunt locutiones *αὐτοί ἔσμεν* (de leg. p. 836 B, Aristoph. Ach. 504 al.) et *μόνοι ἔσμεν* (Menex. p. 236 D), cf. 320 A. D. Plerumque autem *αὐτός* maiore quadam vi pronomini personali praeponitur, vid. Ast Lexic. Plat. I. 317 et Xenoph. conv. IV. 30.

1. *εἰτα τί τοῦτο*] Admirationi, quam verba familiaris sibi movere Socrates simulat, exprimendae inservit et partic. *εἰτα* et orationis forma elliptica, quam explere potuit vel *ἔστι* vel *διαφέρει* addendo, ut p. 331 C: *ἄλλα τί τοῦτο διαφέρει;*

οὐ σὺ μέντοι *Oμ. ἐπ.*] an vero tu Homero non adstipularis? stimmest du *wirklich* nicht dem Homer bei? h.e. putabam vero te Homerum probare, dicentem etc. Exempla voculae *μέντοι* post οὐ sic in interrogatione usurpatae laudavit Heindorfius ad h. l. conf. de rep. VII. 521 C. IX. 581 A. Theaet. 163 E. Phaedr. p. 229 B. Hipp. min. p. 366 C. Cratyl. p. 439 A. al. Stalb.

2. ὃς ἔφη — *ἔχει*] Od. 10, 279 (et Il. 24, 348) Mercurius describitur *νεηνίῃ ἀνδρὶ ἐοικώς*, πρῶτον ὑπηρήτη, τοῦ περιχαριεστάτην ἥβην, et poetam secutus est Aelianus (var. hist. X. 18): *ῷμίλησε Δάφνιδι καλῷ σῆτι καὶ νέῳ καὶ πρῶτον ὑπηρήτη, ἔνθα τοῦ χρω-*

*τὸς* η̄ χαριεστάτην ἔστιν ἥβη τῶν καλῶν μειρακίσων, Plato autem h. l. ἥβην, cui non ut Aelianus articulum praefigeret, noluit intelligi iuvenilem venustatem, sed certum illud iuvenilis aetatis tempus, quo adolescens Atheniensis in ephebis versabatur. Itaque Socrates dicit barbatulum ephebum pulcherrimum esse talemque esse Alcibiadē. Significavit enim ἥβη (nunquam η̄ ἥβη) apud Atticos eum pubertatis gradum, qui ab anno duodecimo ad vicesimum pertinet. Quem qui adepti erant, ii lexiarchicis tabulis inscripti in virorum numerum recepti suique iuris facti sunt et gestabant in publico, quamdiu ephebi erant, chlamydem et pileum, ut Pollux (X. 164) tradidit: *τὸ τῶν ἐφήβων φόρημα πέτασος καὶ χλαμύς*, cf. Appul. Met. X. 30. Itaque virum esse Alcibiadē ex eius vestitu familiaris Socratis cognoverat, sed eundem respectu aetatis νεανίαν vel, si blandius voluit, μειράκιον appellare potuit; cf. prolegom. p. 30.

7. *ὑπὲρ ἐμοῦ εἰπε*] conf. infra p. 336 B et 347 B.

καὶ οὖν καὶ ἄρτι —] Postquam Socrates, quid de Alcibiadis erga se voluntate iudicaret — quae posterior erat amici interrogatio — exposuit, his verbis respondet ad η̄ παρ' ἐκείνου φαίνει; et sane ab illo nunc ipsum venio. Ceterum hinc

ἐθέλω εἰπεῖν· παρόντος γὰρ ἐκείνου, οὕτε προσεῖχον τὸν νοῦν, ἐπελανθανόμην τε αὐτοῦ θαμά.

ΕΤ. Καὶ τί ἀν γεγονὸς εἴη περὶ σὲ κἀκεῖνον το-  
σοῦτον πρᾶγμα; οὐ γὰρ δήποτι τινὶ καλλίονι ἐνέτυχες C  
5 ἄλλῳ ἔν γε τῇδε τῇ πόλει.

ΣΩ. Καὶ πολὺ γε.

ΕΤ. Τί φῆς; ἀστῷ ἢ ξένῳ;

ΣΩ. Ξένῳ.

ΕΤ. Ποδαπῷ;

10 ΣΩ. Ἀβδηρίτῃ.

ΕΤ. Καὶ οὗτοι καλός τις ὁ ξένος ἔδοξε σοι εἶναι,  
ῶστε τοῦ Κλεινίου υἱός καλλίων σοι φανῆναι;

ΣΩ. Πῶς δ' οὐ μέλλει, ὡς μακάριε, τὸ σοφώτατον  
καλλίον φαίνεσθαι;

12. νέος Schanz, qui causis commotus, quas praef. vol. VIII § 5 attulit, in prima syllaba huius vocabuli nusquam *i* ponit; vul-  
garem formam et quia B et T praebent et aliis de causis retinui.

13. τὸ σοφώτατον BT: sapientius Ficinus vertit, sed noli  
σοφώτερον ab eo lectum suspicari, qui alibi etiam ex ingenio lin-  
guae latinae comparativum posuit, ubi in Platonis libris non habe-  
tur, ut de leg. p. 681 B, cfr. Rival. p. 132 D. Praeferunt autem cum  
eo recentiores editiores omnes σοφώτερον et defendebat Ch. Cron  
Jahrb. f. cl. Philol. 1871, p. 733, sed vid. infra annot.

intelligitur et h. l. et initio dia-  
logi φαίνεσθαι usurpatum esse  
pro ἔρχεσθαι.

1. οὕτε προσεῖχον τὸν νοῦν — θαμά] etsi ille ad-  
erat, tamen animum non ad  
eum advertebam, adeoque  
eius frequenter oblivisce-  
bar. Post οὕτε hic τέ infertur  
sic, ut in altero membro gra-  
datio insit, quod in multis huius-  
modi locis valet. v. infra p. 347 E  
p. 361 E. Stallb.

6. Καὶ πολύ γε] int. ἐν-  
έτυχον καλλίονι καὶ πολύ γε  
(καλλίονι). Euthyd. p. 291 A:  
μὴ τις τῶν κρειττονῶν παρὼν  
αὐτῷ ἐφθέγξατο; Ναὶ μὰ Δια,  
τῶν κρειττονῶν μέντοι τις ἔμοι  
δοκεῖ καὶ πολύ γε. Socrates hoc  
responso familiarem in summam  
exspectationem non potuit non  
adducere, quum Alcibiades, ut  
Cornelii Nep. verbis utar, omnium  
aetatis suae multo esset formo-  
sissimus. Quibus similia narrant

Plato Alcib. I init. Xenoph. Mem.  
I. 2, 24. Plutarch. Alcib. c. 4.

10. Ἀβδηρίτῃ] Abest a So-  
cratis responso Abderae urbis  
irrisio, quod inde apparet, quod  
familiaris in proximis dicit ὁ ξέ-  
νος, non ὁ Ἀβδηρίτης. Ex quo  
tempore et qua de causa Abde-  
ritae stupidi haberi coepit sint,  
incertum est, id modo constat  
Demosthenis aetate eos iam male  
audiisse, v. Orat. 17, 23: ὥσπερ  
ἔν Ἀβδηρίταις ἦ Μαρωνείταις,  
ἄλλ' οὐκ ἔν Ἀθηναῖοις πολιτενο-  
μενοι. Maximum detrimentum  
famae eorum intulisse videtur  
Stratonicus citharoedus (conf.  
Athen. 349 B). Eo tempore, quo  
hunc sermonem Plato habitum  
esse fingit, ex Abderitis nemo  
erat Atheniensibus notior, quam  
Nymphodorus, de quo scripsit  
Thucydides lib. II. c. 29.

13. τὸ σοφώτατον] Socrates  
dixerat se hospitem quandam  
Abderitam multo pulchriorem  
Alcibiade offendisse; quod quum

ET. Ἀλλ' ἡ σοφῶ τινι ἡμῖν, ὥς Σώκρατες, ἐντυχὼν πάρει;

D ΣΩ. Σοφωτάτῳ μὲν οὖν δήπον τῶν γε νῦν, εἰς σοι δοκεῖ σοφώτατος εἶναι Πρωταγόρας.

ET. Ω τί λέγεις; Πρωταγόρας ἐπιδεδήμηκεν; 5

ΣΩ. Τοίτην γε ἥδη ἡμέραν.

310 ET. Καὶ ἄρτι ἄρα ἐκείνῳ συγγεγονὼς ἡκεις;

ΣΩ. Πάνυ γε πολλὰ καὶ εἰπὼν καὶ ἀκούσας.

ET. Τί οὖν οὐ διηγήσω ἡμῖν τὴν ξυνουσίαν, εἰ μή σέ τι κωλύει, καθιζόμενος ἐνταυθί, ἔξαναστήσας τὸν παῖδα 10 τουτονί;

familiaris miretur, Socrates qua est urbanitate ita respondet, ut iniquitatem comparationis illorum effugiat: transfert enim causam in sapientiam ipsam, quae haud dubie sit pulchrior. Ut in Phaedon. p. 98 B, ubi τὸ βέλτιστον καὶ τὸ χειρον scriptum est, τὸ βέλτιστον boni naturam et vim per se spectatam significat, ita h. l. τὸ σοφώτατον idem fere valet atque αὐτὴ σοφία, quo nomine Protagoram appellatum esse tradit Diogenes Laert. IX. 50. Nec profecto familiaris comparativo posito hominem Alcibiade, adolescenti aliis omnibus rebus magis quam doctrina ornato, sapientiorem σοφόν habere et σοφιστὴν intelligere potuisse, quocum Socrates fuisset collocutus. At Protagoram esse illum Abderitam sapientissimum ideo familiaris non potuit suspicari, quia hic sophista de auctoritate Eupolidis vulgo credebatur esse Teius; ἔνδοθι — in domo Calliae — μέν ἐστι Πρωταγόρας ὁ Τήιος, ὃς ἀλαζονεύεται μὲν περὶ τῶν μετεώρων, τὰ δὲ χαμᾶθεν ἐσθίει (Diog. Laert. IX. 50), haec comici omnibus Atheniensibus nota erant. Et quum Protagoras non esset sophista modo, sed omnium maximus, Socrates verbis σοφωτάτῳ μὲν οὖν — immo vero sapientissimo omnium aequalium — eum esse indicat, in quem illud σοφώτατον conveniat.

7. συγγεγονὼς ἡκεις;] Referuntur haec ad ἐντυχὼν πάρει;

sed ἐντυχὼν quum dicebat, de sermone (*ἐντεύξει*) cogitabat, quem de qualicunque re cum sophista aliquo coram Alcibiade habuisset, nunc autem gravem aliquam disputationem (*συνονσίαν*) intelligit, quam sibi a Socrate narrari velit, eaque est causa, cur perfecti temporis participio nunc utatur.

9. Τί οὖν οὐ διηγήσω —] quin tu nobis — narras? In huiusmodi interrogationibus excitandi vel imperandi vi positis a Graecis tum praesens tum aoristus usurpatur, v. p. 310 E τί οὐ βαδίζουμεν; Xenoph. Mem. III. 1, 10 τί οὖν οὐ σκοποῦμεν, ἔφη. Cyrop. II. 1, 4 τί οὖν οὐ καὶ τὴν δύναμιν ἔλεξάς μοι, εἰς οἰσθα, . . τὴν ἡμετέραν.

10. ἔξαναστήσας τὸν παῖδα τουτονί] huncce puerum sedis equum excitans, int. de sede, in qua una cum domino conserderat, praeterea nemo aderat, vid. p. 339 E: ὡς γε πρὸς σὲ εἰρῆσθαι τάληθῆ. Et domini et pedisequi mores his verbis descripti sunt: ille nec assurgit Socrati advenienti aut ipse servum excitat, nec servus sua sponte surgit. Xenoph. de rep. Atheniens. I. 10: τῶν δούλων . . πλείστη ἐστὶν Ἀθήνησιν ἀνολασία, καὶ οὕτε πατάξαι ἔξεστιν αὐτόθι, οὕτε ὑπεκστήσεται σοι (decedet tibi) ὁ δοῦλος. Multo autem modestiores Plato Menonis Thessali pedisequos induxit Men. p. 82 B.

**ΣΩ.** Πάνν μὲν οὖν· καὶ χάριν γε εἴσομαι, ἐὰν  
ἀκούντε.

**ΕΤ.** Καὶ μὴν καὶ ἡμεῖς σοί, ἐὰν λέγης.

**ΣΩ.** Διπλῆ ἀν εἰη ἡ χάρις. ἀλλ' οὖν ἀκούετε.

5 Cap. II. Τῆς παρελθούσης νυκτὸς ταντησί, ἔτι βαθέος  
ὅρθρου, Ἰπποκράτης, δὲ Ἀπολλοδόρου νίος, Φάσωνος δὲ  
ἀδελφός, τὴν θύραν τῇ βακτηρίᾳ πάνυ σφόδρα ἔκρουε, καὶ  
ἐπειδὴ αὐτῷ ἀνέῳξε τις, εὐθὺς εἰσὼ ἦειν ἐπειγόμενος, καὶ B  
τῇ φωνῇ μέγα λέγων, Ὡ Σώκρατες, ἔφη, ἐγρήγορας ἡ  
10 καθεύδεις; Καὶ ἐγὼ τὴν φωνὴν γνοὺς αὐτοῦ, Ἰπποκράτης,  
ἔφην, οὗτος· μή τι νεώτερον ἀγγέλλεις; Οὐδέν γ', ηδὲ δ'

8. *ἥειν* Schanz, qui de hac et similibus formis disputavit in praefat. vol. XII § 13. *ἥει* B et T, in quibus libris huic formae tertiae personae *v* finale nunquam additum est, sed *ἥειν* aliquoties ante vocalem et ante maiorem interpunctionem comparet in Parisino A, et *ἥδειν* (sciebat) metro tutum est apud Eurip. Ion. 1187, Aristoph. Vesp. 635, Pac. 1182. Veri igitur est simillimum Atticos, qui hiatus vitandi causa in tercia persona *ἥδειν* dixerint, eadem ratione ante vocales dixisse *ἥειν*.

4. *ἀλλ' οὖν ἀκούετε*] Omnia quae sequuntur Socrates narrat, sed quanta sit Attici sermonis festivitas, maxime his verbis cognoscitur, quae proxime hanc narrationem praecedunt. Quae si iam post *πάνν μὲν οὖν*, sequente *ἀκούετε*, illata esset, nemo facile quid desideraret.

6. *Φάσωνος δὲ ἀδελφός*] Ne quis καὶ pro δὲ requirat, patriae linguae consuetudine in fraudem inductus, est haec prope constans atque legitima ratio sermonis Graeci. Herodot. VII 10, 1: ἐγὼ δὲ καὶ πατρὶ τῷ σῷ, ἀδελφῷ δὲ ἐμῷ, Δαρείῳ ἡγόρευον μη στρατευεσθαι ἐπὶ Σανδασ. v. Elmsl. ad Eurip. Med. v. 940. Stallb.

7. *τὴν θύραν*] int. τὴν αὐλειον, v. Symp. 212 C. Socrates ipse apud Xenophonem (Oecon. c. II 3) dicit, si emptor bonus sibi contingat, ex omnibus rebus quas habeat cum domo quinque minas facile se coacturum. Fuit igitur domus eius ex omnium minimis; cf. Boeckh. de Oecon. Att. I. p. 94.

8. *εὐθὺς εἰσὼ ἦειν ἐπειγόμενος*.] Hippocrates non ante ostium op-

periebatur, dum ipse per eum, qui ianuam aperuerat, adventu nuntiato accedere iuberetur, sed propere in aedes irruerat; quod Graecorum sententia a bonis moribus non minus abhorruit, quam alia, quae ille hic dicitur fecisse. Plutarch. Cimon. c. 17: ἐπεὶ δὲ ἀπῆγει διὰ Κορίνθου τὴν στρατιὰν ἄγων, ἐνεπάλει Λάχαρτος αὐτῷ . καὶ γὰρ θύραν κόψαντας ἀλλοτρίαν οὐκ εἰσιέναι πρότερον ητὸν οὐριον οελεῦσαι. Demosthen. Or. 37, 52 tanquam maxima opprobria haec in adversarium coniiciuntur: (*Νικόβουλος*) ταχέως βαδίζει, καὶ μέγα φθέγγεται, καὶ βακτηρίαν φορεῖ.

10. *Ιπποκράτης, ἔφην, οὗτος*] Apud se hoc loquitur Socrates cognita voce Hippocratis, quem prae tenebris videre non potuit, recteque reddidit Ficinus: Hippocrates hic est, inquam. Cf. Shakespearei Iulius Caesar I 3.

11. *μή τι νεώτερον*] Quum νεώτερον atque νέον per euphemismum etiam de malis et calamitatibus dici soleat, quem usum vocis quum alii scriptores tum tragici poetae frequentant,

ος, εἰ μὴ ἀγαθά γε. Εὗ ἀν λέγοις, ἦν δ' ἐγώ. ἔστι δὲ τί, καὶ τοῦ ἔνεκα τηνικάδε ἀφίκου; Πρωταγόρας, ἔφη, ἥκει, στὰς παρ' ἐμοί. Πρώην, ἔφην ἐγώ· σὺ δὲ ἄρτι πέπυσαι; Σ Νὴ τὸν θεούς, ἔφη, ἐσπέρας γε. Καὶ ἅμα ἐπιψηλαφήσας τοῦ σκύμποδος ἐκαθέζετο παρὰ τὸν πόδας μου, καὶ εἶπεν· 5 'Ἐσπέρας δῆτα, μάλα γε ὁψὲ ἀφικόμενος ἐξ Οἰνόης. ὁ γάρ τοι παῖς με ὁ Σάτυρος ἀπέδρα· καὶ δῆτα μέλλων σοι φράξειν, ὅτι διωξούμην αὐτόν, ὑπό τινος ἄλλου ἐπελαθόμην. ἐπειδὴ δὲ ἡλθον καὶ δεδειπνηκότες ἥμεν καὶ ἐμέλ-

veluti Sophocl. Ant. v. 238. 945. Philoct. 560. 784. al., Hippocrates verbis Socratis per amphiboliam in malam partem acceptis iocose respondet: Οὐδέν γ', — εἰ μὴ ἀγαθά γε. Stallb.

1. *Εν ἀν λέγοις*] bene dicens — si res ita se habet, nec h. l. differt ab dicendi formula εὑ ἀν ἔχοι, cf. Theaet. p. 145 B; εὑ ἀν ἔχοι, ὡς Σώκρατες, ἀλλ' ὅρα, μὴ παίξων ἔλεγεν.

2. *τηνικάδε ἀφίξαι, ὡς Κοίτων*; τί τηνικάδε ἀφίξαι, ὡς Κοίτων; η̄ οὐ ποῶ ἔτι ἔστιν; Πάντα μὲν οὖν. Πηγίνα μάλιστα; "Ορθρος βαθύς. Mox verba, στὰς παρ' ἔστοι, arcte connectas cum ἔφη. Stallb.

3. *Πρώην, ἔφην ἐγώ*] iam nudius tertius advenit. Nam p. 309 D: τοίτην γε ἥδη ήμέραν (ἐπιδεδήμην). Ad πρώην e superioribus repeti oportere ἥκει in aprico est. Stallb.

4. *ἐσπέρας γε*] 'heri' vespere; sed quum ea, quae Hippocrates narrat, post solis occasum facta essent, ei non licuit dicere ἔχθες γ' ἐσπέρας. Nam Athenienses, ut ait Varro apud Aul. Gellium N. A. III. 2, 4, a sole occaso ad solem iterum occidentem omne id medium tempus unum diem esse dicebant.

*ἐπιψηλαφήσας*] Phaedon. p. 99 B: ὃ μοι φαίνονται ψηλαφῶντες οἱ πολλοὶ ὡς περ εὑ σκότῳ.. ὡς αἴτιον αὐτῷ προσαγορεύειν. Videtur Socrates luminibus mane non accensis sumptui pepercisse; neque enim illud ἄπτε, παῖ, λύχνον ab eo auditur, et grabatum, in quo

cubabat, contrectando quaerit Hippocrates. De voc. σκύμποντος Etymol. Magn. Ἀσκάντης: κλινίδιον εὐτελές, ὁ ὑπὸ τῶν Αττικῶν σκύμποντος ὄντος ἀξεῖται: quod testatur grammaticus allato hoc ipso loco.

6. *ἐξ Οἰνόης*] Harpocratone aliisque testibus in Attica duplex fuit Oenoe, altera ad Eleutherias, ad Marathonem altera. Sed quum Satyro id agendum esset, ut ex Attico agro erumperet, priorem in ipsis Boeotiae finibus sitam petuisse existimandus est. v. Thucyd. II. 18, 1. Wesseling. ad. Diodor. IV. 60.

ο γάρ τοι παῖς με — ἀπέδρα] Et apud Graecos et apud Romanos id saepissime accidit, ut servi, ubi iniquae eos conditionis pertaesum est, fuga meliore fortunam consequi conarentur, eaque 'fugitivorum' cognata quum aliis rebus tum bellis fere continuis adiuta plerumque sunt effecta. Scholiastes ad Menex. p. 245 E: Αεχαιὸν ἐπίνειόν ἔστι Κορινθίων, ὡς περ ὁ Πειραιεὺς Αθηναίων. εἰς τούτους τοὺς τόπους ἀπεδίδρασκον οἱ οἰνέται. Sed Satyrus, quo statutum res Atheniensium erant, tutius terra quam mari Hippocratis potestati sese eripiebat. Litterarum ad fugitivum comprehendendum in finitimas urbes misarum exemplum illustrissimum in papyro (a. 145 a. Chr. scripta) exstat, cuius accuratam descriptionem et explicationem propositum Letronne Fragments inédits. Didot, 1838. p. 14—28.

9. *ἡλθον*] positum pro ἐπαν-  
ἡλθον, v. ad p. 320 A.

λομεν ἀναπαινέσθαι, τότε μοι ἀδελφὸς λέγει, ὅτι ἡκει· Πρωταγόρας. καὶ ἔτι μὲν ἐνεχείρησα εὐθὺς παρὰ σὲ ἵέναι, ἐπειτά μοι λίαν πόρρω ἔδοξε τῶν νυκτῶν εἶναι. ἐπειδὴ δὲ τάχιστά με ἐκ τοῦ κόπου ὁ ὥπνος ἀνῆκεν, D εὐθὺς ἀναστὰς οὕτω δεῦρο ἐπορευόμην. Καὶ ἐγὼ γιγνώσκων αὐτοῦ τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν πτοίησιν, Τί οὖν σοι, ἦν δ' ἡγώ, τοῦτο; μῶν τι σε ἀδικεῖ Πρωταγόρας; Καὶ ὃς γελάσας, Νὴ τοὺς θεούς, ἐφη, ὡς Σώκρατες, ὅτι γε μόνος ἐστὶ σοφός, ἐμὲ δὲ οὐ ποιεῖ. Ἀλλὰ ναὶ μὰ Δία,

1. ἀδελφὸς BT, quorum auctoritatem secutus sum cum Astio et Cronio: ὁ ἀδελφὸς vel ἀδελφὸς de Heindorff sententia ceteri editores. Librorum scripturam Ast his verbis defendit: ponunt Graeci nomina sine articulo 1) si simpliciter et generatim indicantur, 2) ubi res vel homo significatur singularis, qui quum per se notus sit vel nulla indigeat definitione (velut si quis fratrem simpliciter nominat, per se intelligimus eum non alias fratrem, sed suum designare), nullam desiderat distinctionem, quam articulus solet indicare. Esset igitur ὁ ἀδελφός unus de fratribus, sive maior sive minor natu, vel frater iam nominatus. Krüger 50, 3, 8. Et Hippocrati unus frater erat, v. p. 313 B. Conf. not. crit. ad p. 355 A.

5. ἀνδρεῖαν] Haec forma cur apud Platonem alteri illi (*ἀνδροίαν*) praferenda sit, ad legg. lib. I. p. 629 B exposuit Stallbaum novisque exemplis illam firmavit Schanz in praefatione, quam huic dialogo praemisit, § 7.

1. ἀναπανέσθαι] Symp. p. 217 D: ἐπειδὴ ἐδεδειπνήκει (*Σωκράτης*), διελεγόμην πόρρω τῶν νυκτῶν, καὶ ἐπειδὴ ἡβούλετο ἀπιέναι, σκηνητόμενος ὅτι ὁψὲ εἶη, προσηνάγκασα αὐτὸν μένειν. ἀνεπανέτο οὖν ἐν τῇ ἔχομένῃ ἐμοῦ κλίνη, ἐν ἡπερ ἐδεῖπνει. Hippocrates quoque in eadem aede et in eodem lecto, in quo cibum ceperat, coenatus somnum cepisse putandus est, v. Lys. or. 1, 23. Virg. Aen. IV 82.

4. ἐπειδὴ δὲ τάχιστά με ἐκ τ. z.—] Simulatque autem me post lassitudinem somnus remisit etc. 'Ex non idem est quod μετά, sed ponitur sic, ut aliquid statim et continuo post aliud quiddam evenisse vel evenire significet, prorsus ut Latin. ex. Itaque hic eleganti iudicio positum est ad indicandam gravius hominis festinationem, qui statim, ut somnus artus fessos relaxavisset, se ad Socratem contulerit. Stallb. Lassitudinem, quam intelligit Hippocrates, sus-

ceperat ex eo, quod Oenoen equo vectus et revectus erat, conf. Lys. or. 24, 10—12.

ὅ ώπνος ἀνῆκεν] Hom. Il. 2, 71: ἐμὲ δὲ γλυκὺς ώπνος ἀνῆκεν. Multis locis Plato Homeri aliorumque poetarum verba aut eodem ordine aut leviter mutato ponit, nec ullam originis eorum mentionem facit, v. infra p. 337 D et Sophoclea μῆπω μέγ' εἰπῆς Sophist. 238 A.

5. οὗτος δεῦρο ἐπ.] De οὗτῳ post participium hic et p. 314 C illato v. ad Phaedon. p. 61 C. al. Deinde ἀνδρεῖαν vocat hominis pertinaciam, πτοίησιν autem intelligit sollicitum anxiumque eius studium ac trepidationem. Stallb.

6. τι οὖν σοι—τοῦτο] Intell. διαφέρει. v. ad p. 309 A. — Deinde ἀδικεῖ dictum usu frequenti pro ἡδίκην, h. e. ἄδικός ἐστιν. v. Heindorf. ad h. l. coll. Xenoph. Anab. I, 5, 11. V, 6, 33. VI, 4, 27. Stallb.

ἔφην ἐγώ, ἀν αὐτῷ διδῶς ἀργύρουν καὶ πείθης ἔκεινον,  
Ε ποιήσει καὶ σὲ σοφόν. Εἰ γάρ, η̄ δ' ὅς, ω̄ Ζεῦ καὶ θεοῖ,  
ἐν τούτῳ εἴη· ως οὕτ' ἀν τῶν ἐμῶν ἐπιλέποιμι οὐδὲν  
οὔτε τῶν φίλων. ἀλλ' αὐτὰ ταῦτα καὶ νῦν ἡκα παρὰ  
σέ, ἵνα ὑπὲρ ἐμοῦ διαλεχθῆς αὐτῷ. ἐγὼ γὰρ ἂμα μὲν  
καὶ νεώτερός είμι, ἂμα δὲ οὐδὲ ἐώρακα Πρωταγόραν  
πώποτε οὐδ' ἀκήκοα οὐδέν· ἔτι γὰρ παις η̄, ὅτε τὸ πρό-  
τερον ἐπεδήμησεν. ἀλλὰ γάρ, ω̄ Σωκρατες, πάντες τὸν  
ἄνδρα ἐπαινοῦσι καὶ φασι σοφώτατον εἶναι λέγειν. ἀλλὰ  
τί οὐ βαδίζομεν παρ' αὐτὸν, ἵνα ἔνδον καταλάβωμεν; κα-  
311 ταλύει δ', ως ἐγὼ ἡκουσα, παρὰ Καλλία τῷ Ἰππονίκου.

7. τὸ πρότερον B T: τὸ πρῶτον Bekker et priores editores  
idque invenit etiam Athenaeus.

1. καὶ πειθῆς ἐκεῖνον] int.  
τούτῳ (τῷ ἀργυρῷ). Socrates in  
magnitudine pecuniae id, quod  
Hippocrates cupiat, positum esse  
dicit; v. p. 311 D: ἀν ἐξικνῆται  
τὰ ημέτερα χρήματα καὶ τούτοις  
πείθομεν αὐτόν. De rep. III.  
p. 390 E: δῶρα θεοὺς πείθει,  
δῶρα αἰδοίους βασιλῆας.

2. Εἰ γὰρ — ἐν τούτῳ εἴη]  
utinam res in hoc vertatur,  
in hoc posita sit.

ω̄ Ζεῦ καὶ θεοῖ] Eadem ob-  
testandi formula utitur Aristophanes Plut. v. 1, ubi scholiaestes:  
τὸν Δία παρέλαβε πατέρα ἐξοχὴν  
τῶν ἀλλων θεῶν, ως τὸ (Hom.  
Il. 13, 1.) Ζεὺς δ' ἐπει οὖν Τρῶας  
τε καὶ Ἐπιορα νηνοι πέλασσεν.  
Et inveniuntur huius loquendi  
modi exempla apud omnes Grae-  
corum scriptores multa, quam-  
quam non desunt, quae nostro  
modo respondeant, veluti Symp.  
p. 190 C: ο̄ Ζεὺς καὶ οἱ ἄλλοι  
θεοὶ ἐβούλευντο. Demosth. Or.  
37, 61: νὴ τὸν Δία καὶ θεὸν  
ἀπαντας.

3. οὕτ' ἀν τῶν ἐμῶν —]  
nihil neque meorum bono-  
rum neque bonorum, quae  
amici possident, reliqui fac-  
ciam. οὐδὲν τῶν φίλων hic  
dictum est pro οὐδὲν τῶν τῶν  
φίλων, v. p. 313 B ἐτομος εἰ  
ἀναλίσκειν τά τε σαντοῦ καὶ τὰ  
τῶν φίλων χρήματα. Nusquam  
autem, quod sciam, Plato ean-

dem articuli formam bis deinceps ponit, cf. p. 319 C περὶ τῆς  
(= τῆς τῆς) πόλεως διοικήσεως.  
Lys. p. 205 D: γεγονώς ἐν Δίος  
τε καὶ τῆς τοῦ (= τοῦ τοῦ) δῆ-  
μου ἀρχηγέτον θυγατρός. Krüg.  
50. 8, 11.

4. αὐτὰ ταῦτα] hanc ipsam  
ob causam; similis est accu-  
sativi usus pronominum τί, ὅτι,  
τοῦτο. Krüg. 46. 3, 4.

7. τὸ πρότερον ἐπεδήμη-  
σεν] hunc locum iam tractavi-  
mus in proleg. p. 29. Plato enim  
hic non primam Protagorae com-  
memorationem Athenis significat,  
sed proximam; quae quota fue-  
rit, nihil indicat. Neque est,  
quod intervallum, per quod Pro-  
tagoras ab Athenis abfuerit, lon-  
gius quam trium vel quatuor  
annorum sumamus. Atque ut  
vera sit lectio τὸ πρῶτον, ne  
eam quidem sententiae propo-  
sitiae repugnare appetet ex So-  
cratis verbis p. 359 A.

9. σοφώτατον — λέγειν]  
Haec igitur Protagorae σοφία ab  
Hippocrate appetebatur, ut in  
contionem prodiens simulac li-  
ceret — licuit autem ex ephebis,  
in quibus tum erat, egresso et  
viginti annis maiori — dicendi  
arte gloriam sibi atque auctoritatem  
quaereret; v. Alcib. I p.  
105 B. Xenoph. Mem. III. 5, 1.

P. 311. 11. παρὰ Καλλία τῷ  
Ἰππονίκου.] De his verbis conf.

ἀλλ' ἵωμεν. Καὶ ἐγὼ εἶπον· Μῆπω, ὡγαθέ, ἐκεῖσε, πρὸς  
γάρ ἐστιν, ἀλλὰ δεῦρο ἔξαναστῶμεν, εἰς τὴν αὐλήν, καὶ  
περιόντες αὐτοῦ διατρίψωμεν, ἕως ἂν φῶς γένηται· εἶτα  
ἵωμεν. καὶ γὰρ τὰ πολλὰ Πρωταγόρας ἐνδον διατρίβει,  
5 ὥστε, θάρσει, καταληψόμεθα αὐτόν, ὡς τὸ εἰκός, ἐνδον.

Cap. III. Μετὰ ταῦτα ἀναστάντες εἰς τὴν αὐλὴν  
περιῆμεν. Καὶ ἐγὼ ἀποπειρώμενος τοῦ Ἰπποκράτους τῆς Β  
ὅώμης διεσπόπουν αὐτὸν καὶ ἡρώτων, Εἶπέ μοι, ἔφην

1. *Mῆπω, ὡγαθέ, ἐκεῖσε*, — In B et T est *Mῆπω ἀγαθὲ*  
ἐκεῖσε ἵωμεν (B *ἴωμεν*), sed olim iam ὡγαθέ correctum est. Cron  
librorum scripturam, etsi dubitanter, servavit, ipse nunc ἵωμεν  
delevi, ceteri editores recent. Cobetum secuti sunt, qui de art.  
interpret. 141 verbis ἐκεῖσε ἵωμεν eiectis et particula γέ addita  
*Mῆπω γέ*, ὡς ἀγαθέ scribi voluit, quia Attici in responsione *μῆπω*  
absolute posuissent nec verbum repetivissent. Vid. annot. ad p. 318 B.

proleg. p. 29 et de vita Calliae  
quae hoc pertinent, ea inveniuntur  
ibidem p. 31 sq.

1. *Mῆπω, ὡγαθέ, ἐκεῖσε..*  
ἀλλα δεῦρο ἔξαναστῶμεν]  
Nondum, o bone, illuc,  
mane enim est, sed huc  
egrediamur s. concedamus.  
Respondet Socrates his verbis ad  
priorem exhortationem τί οὐ βα-  
δίζομεν παρ' αὐτόν, ad poste-  
riorem ἀλλ' ἵωμεν pertinent pro-  
xima εἰτα ἵωμεν, ut haec duo  
etiam p. 314 B distinguit: ὡς  
μῆσαμεν — νῦν μέντοι ἵωμεν.  
Et quum ipse in lecto cubaret  
et Hippocrates in scabello asse-  
disset, huic statui convenienter  
dixit ἔξαναστῶμεν, quo notiones  
surgendi et egrediendi (e cubi-  
culo) comprehenderet. Eodem  
modo Xenophon symp. IX 1: Αὐτό-  
λυκος ἔξανιστατο εἰς περί-  
πατον, καὶ ὁ Λύκων ὁ πατήρ  
αὐτῷ συνεξιών ἐπιστραφεὶς  
εἰπε κτέ, et auctor dialogi Theag.  
p. 129 B: ὑμεῖς μὲν πίνετε, ἐμὲ  
δὲ δεῖ ποι ἔξαναστῆναι, paulo-  
que post de eadem re: καὶ ὅς..  
αὐθις ὡρμάτο λέναι καὶ ἔφη  
Εἰμι δή. Est vero ἐκεῖσε te-  
nendum, quod et orationis con-  
cinnitate requiritur nec exco-  
gitatum esset a librario, qui  
quum non intelligeret verba  
μῆπω ἐκεῖσε cum ἔξαναστῶμεν  
coniungenda esse, ἵωμεν quod

proximum erat addidit. Ceterum  
si sententiae ratio permitteret,  
μῆπω ἐκεῖσε remoto altero ἵωμεν  
etiam ad praecedens ἵωμεν re-  
ferri posset, cf. Aristoph. Vesp.  
1161: "Ἐνθες πόδα.. Φέρε καὶ  
τὸν ἔτερον. Μηδαμᾶς τοῦτόν  
γέ, ἐπεὶ κτέ. Durior autem talis  
usus particulae μῆπω visus est  
et a respondentibus vario modo  
vitabatur; a multis exemplis af-  
fero Aristoph. Pac. 337: "Ηδομαι  
γὰρ καὶ γέγηθα — Μή τι καὶ  
νῦν γε χαίρετ', οὐ γὰρ ἵστε  
πω σαφῶς.

4. *ἐνδον διατρίβει — ἐν-  
δον]* Socrates in foro, in gym-  
nasiis ac palaestris et aliis locis  
publicis quotidie versabatur ho-  
minumque circulis se immisce-  
bat, quam vitam ex sophistis  
nemo Protagora magis videtur  
abhoruisse. Ille, quem Hippo-  
crates nunquam audiverat aut  
viderat, τοῖς μαθηταῖς ἐν ἀπορ-  
ρήτῳ τὴν ἀλήθειαν ἔλεγε (The-  
act. p. 152 C). v. Euthyd. p. 304  
A et Eupolidis versus ad p. 309 C  
allatos.

7. *τῆς ὁώμης*] int. τῆς ψυχῆς.  
Plerumque ὁώμη de corporis vi-  
ribus dicitur, ut de rep. 498 B,  
Isoer. or. 3. 3 al. sed h. l., ut  
paulo superius ἀνδρεία, est animi  
fortitudo et constantia, quae in  
proposito perseverat neque ab eo  
deterretur, ut Thucyd. VII, 18.

ἐγώ, ὡς Ἰππόκρατες, παρὰ Πρωταγόραν νῦν ἐπιχειρεῖς  
ἰέναι ἀργύριον τελῶν ἐκείνῳ μισθὸν ὑπὲρ σεαυτοῦ, ὡς  
παρὰ τίνα ἀφιξόμενος καὶ τίς γενησόμενος; ὥσπερ ἂν  
εἰ ἐπενόεις παρὰ τὸν σαυτοῦ δμῶνυμον ἐλθὼν Ἰπποκράτη  
τὸν Κῶν, τὸν τῶν Ἀσκληπιαδῶν, ἀργύριον τελεῖν ὑπὲρ  
C σαυτοῦ μισθὸν ἐκείνῳ, εἰ τίς σε ἥρετο· Εἶπε μοι, μέλ-  
λεις τελεῖν, ὡς Ἰππόκρατες, Ἰπποκράτει μισθὸν ὡς τίνι  
ὄντι; τί ἂν ἀπεκρίνω; Εἶπον ἄν, ἔφη, ὅτι ὡς ίατρῷ.  
Ως τίς γενησόμενος; Ως ίατρός, ἔφη. Εἰ δὲ παρὰ Πολύ-  
κλειτον τὸν Ἀργεῖον ἢ Φειδίαν τὸν Ἀθηναῖον ἐπενόεις 10  
ἀφικόμενος μισθὸν ὑπὲρ σαυτοῦ τελεῖν ἐκείνοις, εἰ τίς  
σε ἥρετο· Τελεῖν τοῦτο τὸ ἀργύριον ὡς τίνι ὄντι ἐν νῷ  
ἔχεις Πολυκλείτῳ τε καὶ Φειδίᾳ; τί ἂν ἀπεκρίνω; Εἶπον  
D ἂν ὡς ἀγαλματοποιοῖς. Ως τίς δὲ γενησόμενος αὐτός;

2. ἀργύριον τελῶν ἐκ.] re-  
cuniam illi soluturus. In-  
fra p. 313 A ἔρχεται ὑποθήσων τὴν  
ψυχῆν.

3. ὡς περ ἂν εἰ ἐπενόεις] Ab Atheniensibus medici et sta-  
tuarii et qui p. 318 B exempli  
causa a Socrate memorantur pic-  
tores et tibicines eodem loco  
habiti sunt, quo sophistae: dé-  
specti enim sunt omnes, quum  
suam quisque artem quaestus  
causa exercent, nec eorum vi-  
tae genus ullus civis amplexus  
est nisi necessitate motus; v.  
Gorg. p. 512 D. Lucian. somn. 14:  
εἰ δὲ καὶ Φειδίας ἢ Πολύκλει-  
τος γένοιο, τὴν μὲν τεχνὴν ἀπαν-  
τεῖς ἐπαινέσονται, οὐκ ἔστι δὲ  
οἵστις τῶν ἰδόντων, εἰ νοῦν ἔχοι,  
εὐṄαιτ' ἀν σοι ὅμοιος γενέσθαι.  
οἷος γὰρ ἂν ἦς, βάνανσος καὶ  
χειρῶνας καὶ ἀποχειροβίωτος  
νομισθῆσῃ. Eandem sententiam  
iisdem fere verbis expressam in-  
venies ap. Plutarch. Pericl. c. 2.

4. Ἰπποκράτη τ. K.] Hippo-  
crates Cous, nobilissimus ille  
artis medicae parens ac princeps,  
floruit circiter a. 430 a. Chr. n.  
Dicitur hic genus suum ad Her-  
culem et Aesculapium retulisse.  
Itaque etiam Phaedr. p. 270 C:  
εἰ μὲν Ἰπποκράτει τῷ τῶν Ἀσκλη-  
πιαδῶν δεῖ τι πείθεσθαι. Stallb.

9. Πολύκλειτος] Ut Hippo-

brates ille Cous, ita Polycletus  
et Phidias arte sua principes  
fuerunt, quam certatim alter  
Argis, alter Athenis exercebant.  
Polycleti filii p. 328 C aequales  
dicuntur Parali et Xanthippi;  
Phidias, quem, ut ait Plutarchus  
Pericl. c. 31, ἡ δόξα τῶν ἔργων  
ἐπίειξε φθόνω, invidia oppressus  
in vinculis periit Ol. 87, I, v.  
proleg. p. 28.

10. τὸν Ἀργεῖον — τὸν  
Ἀθηναῖον] Talia πάρισα a  
vulgari sermone minime abhor-  
rent, sed non facile civem apud  
cives hac ratione, quae histori-  
corum est, nominatum inveneris,  
et causa, cur Socrates Phidiam  
non patris vel pagi nomine ad-  
dito notaverit aut τὸν ἡμέτερον  
dixerit, ex eius arte videtur re-  
petenda esse; cf. Hom. Il. 10, 68  
(φθέγγειο) πατρόθεν ἐκ γενεῆς  
ὄνομάζων ἄνδρα ἔναστον, πάν-  
τας κυδαίνων.

14. ἀγαλματοποιοῖς] Bekk.  
Anecd. Graec. I. 335: ἀγαλματο-  
ποιόν φασι καλεῖσθαι τὸν εἰκό-  
νας θεῶν μᾶλλον ἔργαζόμενον,  
ἄνδριαντοποιὸν δὲ τὸν ἀνθρώ-  
πων. Ars statuaria dicitur ἀν-  
δριαντοποιία Gorg. 450 C et  
Xenoph. Mem. I. 4, 3: τεθαύ-  
μανα ἐπὶ ἀνδριαντοποιίᾳ Πολύ-  
κλειτον. v. Ruhnken ad Tim.  
Gloss. p. 5.

*Δῆλον, ὅτι ἀγαλματοποιός. Εἶεν, ηὗ δ' ἐγώ. παρὰ δὲ δὴ Πρωταγόρας νῦν ἀφικόμενοι ἐγώ τε καὶ σὺ ἀργέοισον ἔκεινῷ μισθόν ἔτοιμοι ἐσόμεθα τελεῖν ὑπὲρ σοῦ, ἢν μὲν ἔξικνήται τὰ ἡμέτερα χοήματα καὶ τούτοις πείθωμεν  
5 αὐτόν, — εἰ δὲ μή, καὶ τὰ τῶν φίλων προσαναλίσκοντες. εἰ οὖν τις ἡμᾶς περὶ ταῦτα οὕτω σφόδρα σπουδάζοντας ἔροιτο· Εἰπέ μοι, ὁ Σώκρατες τε καὶ Ἰππόκρατες, ὡς τίνι ὄντι τῷ Πρωταγόρᾳ ἐν τῷ ἔχετε χοήματα τελεῖν; τί ἢν αὐτῷ ἀποκριναίμεθα; τί ὄνομα ἄλλο γε λεγόμενον  
10 περὶ Πρωταγόρου ἀκούομεν, ὥσπερ περὶ Φειδίου ἀγαλ- ματοποιὸν καὶ περὶ Όμήρου ποιητὴν; τί τοιοῦτον περὶ Πρωταγόρου ἀκούομεν; Σοφιστὴν δῆ τοι ὄνομάζουσί γε,  
15 ὁ Σώκρατες, τὸν ἀνδρα εἶναι, ἔφη. Ως σοφιστὴ ἄρα ἔρχόμεθα τελοῦντες τὰ χοήματα; Μάλιστα. Εἰ οὖν καὶ*

9. ἀποκριναίμεθα: male ἀπενοιναίμεθα BT. 10. ἀκούο-  
μεν ex correctione apogr. Coislinian. 155: ἡκούομεν BT.

1. *Eīεν*] origo huius particulae, quae apud Platonem et Aristophanem singulis fere paginis legitur, adhuc incerta est. Interiectionis naturam haec duo praestare videntur: scribitur in optimo Platonis libro (A) *εīεν*, qui spiritus asper in eius medio et grammaticorum doctrinae congruit (cf. Uhlig Jahrb. f. cl. Philol. 1880 p. 789), et posterior syllaba producitur ut Aristoph. Pac. 663 *Eīεν*, ἀκούω. *Ταῦτ'* ἐπικαλεῖται; μανθάνω. Et vero Astius iam in annot. ad h. l. *εīεν*, quod haud paucis locis admirationem cum dubitatione coniunctam exprimit, cum germanico 'ei!' compositum et alterum cum altero cognatum dixit. Plerumque autem *εīεν* idem valet ac Latinorum esto et ut h. l., vim habet concedendi et ad alia transcendendi, quae significatio certe non aduersetur originationi, qua pro optativo verbi *εīναι* habetur.

3. *ἄν μὲν ἔξικνήται — εἰ δὲ μή*] Post ἄν μὲν ἔξικνήται καὶ — πείθωμεν αὐτόν omissum est verbum primarium, quod subsequente alia sententia per εἰ δὲ μή illata non raro fit. Sed quod vulgo intelligunt animo εὐ ἄν ἔχοι, id hoc loco per senten-

iae rationem fieri recte non posse acute observavit Heindorfius, qui ex praecedentibus verbis repetendum vidit participium τὰ ἡμέτερα τελοῦντες σταῦτα ἀναλίσκοντες. Atque hanc rationem unice veram esse vel proximum istud participium προσαναλίσκοντες satis testatur. Stallb. Conf. ann. ad p. 325 D.

7. *Εīπέ μοι, ὁ Σ.*] Singularis numerus in talibus ponitur, quando praecipue compellatur unus de pluribus. Euthydem p. 283 B: *εīπέ μοι, ὁ Σώκρατες τε καὶ ὄμεις οἱ ἄλλοι*. Lachet. p. 186 E. al. Stallb.

9. *τί ὄνομα ἄλλο*] Alterum ὄνομα est Protagoras, alterum, quod Protagorae vitae genus eiusque artem denotet, Socrates quaerit. Theaet. p. 232 A: ἐπιστήμων τις πολλῶν φαίνεται, μᾶς δὲ τέχνης ὄνοματι προσαγορεύεται.

12. *ὄνομάζονται — εīναι*] Saepenumero post λέγειν, ὄνομάζειν, προσαγορεύειν infertur εīναι, ubi rectius videatur abesse, veluti infra p. 325 A: ἐν αὐτῷ προσαγορεύω εīναι, ἀνδρὸς ἀρετὴν. Phaedon. p. 102 C: οἱ Σιμίας ἐπωνυμίαν ἔχει συνέργος τε καὶ μέγας εīναι.

τοῦτό τίς σε προσέροιτο. Αὐτὸς δὲ δὴ ὡς τίς γενησό-  
312 μενος ἔρχει παρὰ τὸν Πρωταγόραν; καὶ ὃς εἶπεν ἔρυ-  
θριάσας — ἥδη γὰρ ὑπέφαινε τι ἡμέρας, ὥστε παταφανῆ  
αὐτὸν γενέσθαι — Εἰ μέν τι τοῖς ἐμπροσθεν ἔοικε, δῆλον,  
ὅτι σοφιστὴς γενησόμενος. Σὺ δέ, ἦν δ' ἐγώ, πρὸς θεῶν,  
οὐκ ἀν αἰσχύνοι εἰς τὸν "Ελληνας σαντὸν σοφιστὴν  
παρέχων; Νὴ τὸν Δία, ὡς Σώκρατες, εἶπερ γε ἂ διανοοῦ-  
μαι χρὴ λέγειν. 'Ἄλλ' ἄρα, ὡς Ἰππόκρατες, μὴ οὐ τοιαύ-  
την ὑπολαμβάνεις σου τὴν παρὰ Πρωταγόρου μάθησιν  
B ἔσεσθαι, ἀλλ' οἵαπερ ἡ παρὰ τοῦ γραμματιστοῦ ἐγένετο 10

6. *σαντὸν* Bekker, Ast et recent. editores: *αὐτὸν* BT, quod Stallbaum tuetur et provocat ad Hermannum (ad Soph. Trach. v. 451), Reisig (Coniect. p. 206 sqq.), Bernhardy (Synt. p. 272), Ruhnken (ad Tim. Gloss. p. 92). Sed hic usus pronominis reflex. pers. tertiae loco pronominum pers. primae et secundae in numero singulari apud Platonem omnino magnam dubitationem videtur habere et h. l. quia proximum vocabulum in σ exit, *σαντὸν* in *αὐτὸν* facile potuit mutari, cf. p. 313 C. Vera igitur videntur quae tradit Appollonius Dyscolus de constr. Bekk. p. 195, 25: οὐ γάρ φαμεν 'έαντὸν ὑβρισα', ἢ 'έαντὸν ὑβρισας', 'έαντονς' δὲ 'ὑβρισαμεν.' v. Schanz praef. vol. VII § 12. 9. ὑπολαμβάνεις T, quod quis videtur scripsisse, qui δῆμ pro ἄρα invenit. 10. οἵαπερ ἡ παρὰ τοῦ T: οἵα περὶ τοῦ B.

2. *παρὰ τὸν Πρωταγόραν]*  
Int. τί ἀν φαίης; Eadem ellipsis est Phaedr. p. 268 B. Cratyl. p. 392 C. al. Stallb.

3. *ὑπέφαινε τι ἡμέρας]*  
Frequens est dictio *ὑπέφαινει* *ἡμέρα*, vel etiam *ὑπέφαινει*, nomine substantivo omissa, de 'die illucescente', ut Xenoph. Cyrop. IV 5, 14: ἐπειδὴ ἡμέρα *ὑπέφαινε*, Anab. IV 2, 7, quos locos affert Heindorfius; idemque apte laudat Demetr. de Elōcut. c. 218: ὅπερ δὲ ὁ Πλάτων φησὶν ἐπὶ τοῦ Ἰπποκράτους ἐονθοιάσας — γενέσθαι, ὅτι μὲν ἐναργέστατόν ἐστι, παντὶ δῆλον, η δὲ ἐνάργεια γέγονεν ἐν τῇς φροντίδος τῆς περὶ τὸν λόγον καὶ τοῦ ἀπομνημονεύσαι, ὅτι νίντῳ πρὸς αὐτὸν εἰσῆλθεν ὁ Ἰπποκράτης.

6. οὐκ ἀν αἰσχύνοιο] Aristid. III. p. 483 (II. p. 378 ed. Dind.): ἐρωτᾷ Σωκρατῆς Ἀπολλόδωρον (corr. Ἰπποκράτη τὸν Ἀπολλόδωρον) εἰ οὐκ αἰσχύνοιτο

σοφιστὴν ἔθέλων παρέχειν ἁντὸν εἰς τὸν "Ελληνας. De sententia vid. proleg. p. 3.

εἰς τὸν "Ελληνας] ut p. 349 A, cf. Tim. p. 25 B: εἰς ἄπαντας ἀνθρώπους διαφανῆς τῇ ἀρετῇ. Symp. 179 B: ἵκανην μαρτυρίαν παρέχεται εἰς τὸν "Ελληνας.

8. *'Ἄλλ' ἄρα.. μὴ οὐ τοιαύτην ὑπολαμβάνεις]* interrogatio, ut verissime Heindorfius monet, initium capit inde a verbis *τοιαύτην*, estque ἀλλ' ἄρα 'aber demnach' et μὴ interrogandi vim habet, οὐ vero referendum est ad *τοιαύτην*, v. Men. p. 89 C. Sententia igitur haec est: numquid ergo tu, o Hippocrate, non tales putas Protagorae disciplinam fore, qua reddaris sophista, sed tales potius, qua non nisi liberaliter erudiaris neque ad artis professionem conformeris. De Atheniensium institutione puerili v. infra p. 325 Dsqq. Stallb.

καὶ κιθαιριστοῦ καὶ παιδοτρίβου; τούτων γὰρ σὺ ἐκάστην  
οὐκ ἐπὶ τέχνῃ ἔμαθες, ὡς δημιουργὸς ἐσόμενος, ἀλλ’ ἐπὶ<sup>5</sup>  
παιδείᾳ, ὡς τὸν ἴδιώτην καὶ τὸν ἐλεύθερον πρέπει. Πάνυ  
μὲν οὖν μοι δοκεῖ, ἔφη, τοιαύτη μᾶλλον εἶναι ἡ παρὰ<sup>5</sup>  
Πρωταγόρου μάθησις.

Cap. IV. Οἶσθα οὖν δὲ μέλλεις νῦν πράττειν, ἢ σε  
λανθάνει; ἦν δὲ ἔγω. Τοῦ πέρι; Ὄτι μέλλεις τὴν ψυχὴν  
τὴν σαντοῦ παρασχεῖν θεραπεῦσαι ἀνδρί, ὡς φήσ, σοφιστῇ.<sup>C</sup>  
ὅτι δέ ποτε δὲ σοφιστῆς ἐστι, θαυμάζομεν ἀν εἰ οἶσθα.  
καίτοι εἰ τοῦτ' ἀγνοεῖς, οὐδὲ ὅτῳ παραδίδωσ τὴν ψυχὴν  
οἶσθα, οὕτ' εἰ ἀγαθῷ οὕτ' εἰ κακῷ πράγματι. Οἷμαί γ',  
ἔφη, εἰδέναι. Λέγε δή, τί ήγει εἶναι τὸν σοφιστήν; Ἐγὼ  
μέν, ηδὲ δὲ ὡς, ὥσπερ τοῦνομα λέγει, τοῦτον εἶναι τὸν τῶν  
σοφῶν ἐπιστήμονα. Οὐκοῦν, ηδὲ δὲ ἔγω, τοῦτο μὲν ἔξεστι  
λέγειν καὶ περὶ ζωγράφων καὶ περὶ τεκτόνων, ὅτι οὗτοί

2. οὐκ ἐπὶ τέχνῃ ἔμ.] Xeno-  
noph. Mem. III. 10, 1: εἰ ποτε  
τῶν τὰς τέχνας ἔχοντων καὶ  
ἔργασίας ἔνεκα χρωμένων αὐταῖς  
διαλέγοιτο τινι, καὶ τούτοις ὁφέ-  
λιμος ην.

ἀλλ' ἐπὶ παιδείᾳ] H. e.  
ut eruditionis liberalioris  
particeps fieres. v. Gorg.  
p. 485. A., ubi Callicles philosophiam  
ait tractandam esse παι-  
δείας χάριν, neque totam vitam  
in eius studio consumi debere.  
Itaque opponitur ἐπὶ τέχνῃ, ut  
p. 315 A: καὶ ἐπὶ τέχνῃ μαν-  
θάνει, ὡς σοφιστῆς ἐσόμενος.  
Gellius N. A. XIII 16: huma-  
nitatem appellaverunt —  
qui verbis Latinis probe usi sunt  
— id propemodum, quod  
Graeci παιδείαν vocant,  
nos eruditionem institu-  
tionemque in bonas artes  
dicimus. — ἴδιωτης h. l. in-  
tellegitur qui artem non publice  
profitetur; additurque ἐλεύθερος,  
h. e. liberalis, quia artes istae  
erant mercenariae. Stallb.

7. τὴν ψυχὴν — παρασχεῖν  
θεραπεῦσαι] animum tuum  
tradere curandum s. exco-  
lendum, p. 325 C: μὴ μαθοῦσι  
αηδὲ θεραπευθεῖσιν εἰς ἀρετήν.  
Proprie θεραπεύειν de medicis

dicitur corpora curantibus, sed  
sophistae ac philosophi animis  
medicinam afferre visi saepissime  
cum illis comparantur, ut infra  
p. 357 E: Πρωταγόρας φησιν  
ἰατρὸς εἶναι τῆς ἀμαθίας. Ae-  
lian. v. h. IV 17: ἐπιστρεφομέ-  
νον τὰς πόλεις αὐτοῦ διέρρει  
λόγος, ὅτι Πυθαγόρας ἀφίκετο  
οὐ διδάξων, ἀλλ' ιατρεύσων.  
Exempla infinitivi aoristi cum  
μέλλειν coniuncti collegit Astius  
Lex. Platonic. II 300.

11. οὕτ' εἰ ἀγαθῷ — πράγ-  
ματι] Recte interpretatur Fici-  
nus: nescis quale sit istud,  
bonumne an malum, cui  
operam impendere studies.  
πράγματι posuit pro ἀνδρί, ut  
contemptim sophistam signifi-  
caret.

13. ὥσπερ τοῦνομα λέγει]  
Aristot. Polit. III 4: τῶν ἔργ-  
ατῶν ἐν μέρος κατέχονσιν οἱ χερ-  
νῆτες. οὗτοι δὲ εἰσίν, ὥσπερ ση-  
μαίνει καὶ τοῦνομ' αὐτούς, οἱ  
ζῶντες ἀπὸ τῶν χειρῶν.

τὸν τῶν σοφῶν ἐπιστή-  
μονα] Nimirum σοφιστῆς ab eo  
deducitur a σοφός et εἰδέναι, ut  
sit ὁ τῶν σοφῶν ἵστωρ, eadem-  
que vocis originatio Platoni prob-  
batur in Sophist. p. 221 D. sed  
v. proleg. p. 3.

Δεῖσιν οἱ τῶν σοφῶν ἐπιστήμονες· ἀλλ' εἴ τις ἔροιτο ἡμᾶς,  
τῶν τί σοφῶν εἰσιν οἱ ζωγράφοι ἐπιστήμονες, εἴποιμεν  
ἄν πον αὐτῷ, ὅτι τῶν πρὸς τὴν ἀπεργασίαν τὴν τῶν  
εἰκόνων, καὶ τὰλλα οὕτως. εἴ δέ τις ἐκεῖνο ἔροιτο, δ  
δὲ σοφιστὴς τῶν τί σοφῶν ἐστι; τί ἄν ἀποκριναίμεθα;  
αὐτῷ; ποίας ἐργασίας ἐπιστάτης; τί ἄν εἴποιμεν; Αὐτὸν  
εἶναι, ὡς Σώκρατες, ἐπιστάτην τοῦ ποιῆσαι δεινὸν λέγειν;  
"Ισως ἄν, ἦν δ' ἐγώ, ἀληθῆ λέγοιμεν, οὐ μέντοι ἴκανῶς

5. τί ἄν ἀποκριναίμεθα Bekker: τί ἄν ἀποκρινοίμεθα BT,  
sed huius interrogationis forma eadem sit necesse est ac p. 311 D,  
ut utroque loco aut ἀποκριναίμεθα aut ἀποκρινοίμεθα scriben-  
dum sit; illud verum est p. 311 D, ut intelligitur etiam ex men-  
dosa scriptura ἀπεκριναίμεθα in B et T, ergo contra eosdem hoc  
quoque loco retinendum est. 6. τί ἄν εἴποιμεν; Αὐτὸν  
εἶναι, ὡς Σώκρατες, ἐπιστάτην: haec librorum verba alii aliter  
distinxerunt, omnes autem coniunixerunt εἴποιμεν αὐτὸν εἶναι  
praeter Heusdium, qui in spec. crit. in Plat. p. 68 proposuit τί  
ἄν εἴποιμεν; Εἴποιμεν αὐτὸν εἶναι, in quo si inserueris ἄν ante  
αὐτὸν nihil merito videatur reprehendendum putanti aliquid ex-  
cidisse. Sed neque hoc opus est additamentum neque εἰ, quod  
Schanz ante εἴποιμεν, aut ἦ, quod ceteri editores Stallbaumio  
auctore ante ἐπιστάτην addiderant iidemque verba Τί ἄν εἴποιμεν  
Hippocrati tribuerunt, cuius responsum in Aldina, quod Madvig  
advers. critic. I 409 probat, incipit ab Ὡ Σώκρατες. Schirlitz ποίας  
ἐργασίας ἐπιστάτης post σοφῶν ἐστι ponit vult., sed vid. ad p. 327 A.  
7. τοῦ ποιῆσαι: vitiose τοῦ τὸ ποιῆσαι BT. 8. μέντοι ἴκα-  
νῶς γε T: μέντοι γε ἴκανῶς B.

2. τῶν τί σοφῶν εἰσιν οἱ  
ζωγρ.] Recte Stephanus: quo  
pertineant haec σοφά, quo-  
rum pictores sunt periti;  
vel circa quam rem versen-  
tur haec σοφά. Pendet enim  
accusativus τί non ex ἐπιστήμο-  
νες, sed ex σοφῶν, et τῶν τί  
σοφῶν idem est ac τῶν πρὸς τί  
σοφῶν, ut verba τῶν πρὸς τὴν  
ἐργασίαν (σοφῶν) docent, v.  
Theag. p. 125 C.

4. καὶ τὰλλα οὕτως] cetera-  
que similiter, int. εἴποιμεν ἄν.  
ut in pictoribus, ad quam rem  
eorum sapientia pertineat, dixi-  
mus, ita in ceteris id faceremus.  
Locos, quibus Plato simili ora-  
tionis forma usus est, Stallbaum.  
hos attulit: infra p. 319 B: καὶ  
τὰλλα πάντα οὕτως. Menon. p.  
72 A: ὡσαντάς δέ, οἷμαι, ὡς Σ.,  
καὶ ἦ κακία. Ibid. p. 72 C: οὕτω  
δή καὶ περὶ τῶν ἀρετῶν.

6. τί ἄν εἴποιμεν] ut p.  
311 D, ita h. l. Socrates ad  
interrogationem, qua se et Hip-  
pocratem adiri posse fingit,  
responsum primum simpliciter  
quaerit, tum rationem indicat,  
qua id dari possit, denique ut  
detur compellit. Et respondet  
Hippocrates simili modo ac paulo  
ante p. 312 C: τί ἥγει εἶναι τὸν  
σοφιστήν; Ἐγώ μὲν . . τοῦτον  
εἶναι τὸν τ. σ. ἐπιστήμονα, sed  
quum Socrates hoc responsum  
sui et Hippocratis commune vi-  
deri vellet, ut Hippocrati re-  
spondenti ne persona quidem  
verbi praecedentis cogitatione  
mutanda esset, pronomen per-  
sonale aut aliud quid praeter  
illud ὡς Σώκρατες non require-  
batur, quo responsum significaret.  
Nec ὡς Σώκρατες initio  
enuntiati ponit potuit, quod So-  
crates neque excitandus erat ne-  
que alii opponendus.

γε· ἐρωτήσεως γὰρ ἔτι ή ἀπόκρισις ἡμῖν δεῖται, περὶ  
ὅτου ὁ σοφιστὴς δεινὸν ποιεῖ λέγειν· ὥσπερ ὁ αὐθαριστὴς  
δεινὸν δῆπον ποιεῖ λέγειν περὶ οὗπερ καὶ ἐπιστήμονα, <sup>E</sup>  
περὶ αὐθαρίσεως. η̄ γάρ; Ναί. Εἶτα. ὁ δὲ δὴ σοφιστὴς  
περὶ τύρος δεινὸν ποιεῖ λέγειν; η̄ δῆλον, ὅτι περὶ οὗπερ  
καὶ ἐπίσταται; Εἰκός γε. Τί δὴ ἔστι τοῦτο, περὶ οὗ  
αὐτὸς τε ἐπιστήμων ἔστιν ὁ σοφιστὴς καὶ τὸν μαθητὴν  
ποιεῖ; Μὰ Δι', ἔφη, οὐκέτι ἔχω σοι λέγειν.

Cap. V. Καὶ ἐγὼ εἶπον μετὰ τοῦτο· Τί οὖν; οἰσθα <sup>313</sup>  
10 εἰς οἶν τινα αἴνδυνον ἔρχει ὑποδήσων τὴν ψυχὴν; η̄ εἰ  
μὲν τὸ σῶμα ἐπιτρέπειν σε ἔδει τῷ διακινδυνεύοντα η̄  
χρηστὸν αὐτὸν γενέσθαι η̄ πονηρόν, πολλὰ ἀν περιεσκέψω,  
εἰτ' ἐπιτρεπτέον εἶτε οὕ, καὶ εἰς συμβουλὴν τούς τε φίλους  
ἀν παρεκάλεις καὶ τοὺς οἰκείους σκοπούμενος ἡμέρας  
15 συγχνάς· ὁ δὲ περὶ πλείονος τοῦ σώματος ἡγεῖ, τὴν ψυχὴν,  
καὶ ἐν φ πάντ' ἔστι τὰ σὰ η̄ εῦ η̄ κακῶς πράττειν, χρηστοῦ  
η̄ πονηροῦ αὐτοῦ γενομένου, περὶ δὲ τούτον οὔτε τῷ πα-  
τρὶ οὔτε τῷ ἀδελφῷ ἐπεκοινώσω οὔτε ἡμῶν τῶν ἐταίρων <sup>B</sup>

3. καὶ ἐπιστήμονα — περὶ οὗπερ om. B. 5. η̄ quod  
in T desideratur, ab Heindorfio adiectum est.

8. οὐκέτι ἔχω σοι λέγειν] non amplius id dicere possum. Sententia haec: ad omnia tibi quae adhuc ex me quaequivisti, respondi; dixi tibi Protagoram sophistam haberis, tum sophistam verbi vim solam intuitus hominem sapientia ornatum esse interpretatus sum, eaque sapientia alios ad dicendum instituere, sed in qua potissimum re haec ars versetur, id quod nunc quaeris, hoc tibi non iam dicere possum.

10. η̄ — πολλὰ ἀν περιεσκέψω —] an — multa tecum ipse reputavisses et amicorum propinquorumque consilium adhiberes —.

15. τὴν ψυχὴν] Explicationis causa pronomini ὁ adiunctum est, ut p. 339 A περὶ τοῦ αὐτοῦ . . περὶ τῆς ἀρετῆς. 351 A. 353 C al. Proxima sic intelligas: et ex quo pendet, ut bene aut male habeant tua omnia, si bonum aut malum evaserit. Sic Eurip. Alcest. v. 289:

ἐν σοὶ δ' ἐσμὲν καὶ ξῆν καὶ μή. Iphig. Taur. v. 1057: τὰμ, ἐν ὑμῖν ἔστιν η̄ καλῶς ἔχειν η̄ μηδὲν εἶναι. Similiter infra p. 356 C: ἐν τούτῳ ἡμῖν η̄ τὸ εὖ πράττειν. Deinde quod δέ ante τούτον iteratum est, nihil hoc loquendi genere frequentius, v. infra p. 325 B, annot. ad Phaedon. p. 78 C. Alcibiad. I. p. 109 A. Lachet. p. 194 D. Haec fere Stallbaum.

17. τῷ πατρὶ] Hippocratis patri nōmen fuisse Apollodoro supra (p. 310 A) memoratum est, sed eum vivere, id quidem haud sane facile quis ex iis, quae narrata sunt, colligere potuit; adeo apud Graecos indigna erat patris condicio. Acerbe conqueritur Dionysius Hal. II, 26: πολλὰ ἐν Ἑλλησιν εἰς πατέρας ὑπὸ τέκνων ἀσχημονεῖται, qui eius rei culpam legum latoribus attribuit brevius tempus patriae potestatis in liberos constituen-  
tibus.

οὐδενί, εἴτ' ἐπιτρεπτέον εἴτε καὶ οὐ τῷ ἀφικομένῳ τούτῳ  
 ξένῳ τὴν σὴν ψυχήν, ἀλλ' ἐσπέρας ἀκούσας, ὡς φῆς,  
 ὄρθριος ἥκων περὶ μὲν τούτου οὐδένα λόγον οὐδὲ συμ-  
 βουλὴν ποιεῖ, εἴτε χρὴ ἐπιτρέπειν σαντὸν αὐτῷ εἴτε μή,  
 ἔτοιμος δ' εἰ ἀναλίσκειν τά τε σαντοῦ καὶ τὰ τῶν φίλων 5  
 χρήματα, ὡς ἥδη διεγνωκός, διτι πάντως συνεστέον Πρω-  
 ταγόρᾳ, ὃν οὕτε γιγνώσκεις, ὡς φῆς, οὕτε διείλεξαι οὐδε-  
 C πώποτε, σοφιστὴν δ' ὀνομάζεις, τὸν δὲ σοφιστὴν, ὅ τι  
 ποτ' ἐστί, φαίνει ἀγνοῶν, ὃ μέλλεις σαντὸν ἐπιτρέπειν;  
 Καὶ ὃς ἀκούσας, "Εοικεν, ἔφη, ὃ Σώκρατες, ἐξ ὧν σὺ 10  
 λέγεις. Ἄρ' οὖν, ὃ Ιππόκρατες, οἱ σοφιστὴς τυγχάνει  
 ὃν ἐμπορός τις ἡ κάπηλος τῶν ἀγωγίμων, ἀφ' ὧν ψυχὴ  
 τρέφεται; Φαίνεται γὰρ ἔμοιγε τοιοῦτός τις. Τρέφεται

3. ὄρθριος ex vetere emendatione: ὄρθριον B.T. 13. Τρέ-  
 φεται δέ, ην δ' ἐγώ et Μαθήμασι δήπον, ὃ Σώκρατες  
 scripsi: τρέφεται δέ, ὃ Σώκρατες et Μαθήμασι δήπον, ην δ'  
 ἐγώ B.T et edit. recent. (veter. edit. τρέφεται δὲ ψυχή, ὃ Σώκρατες)

1. τῷ ἀφικομένῳ τούτῳ  
 ξένῳ] dictum pro τῷ ἀφ. ξένῳ  
 τούτῳ, ut p. 337 E: τὸ ἀκριβέσ-  
 τοῦτο εἶδος. utroque loco numeri  
 causa pronomen οὗτος interpo-  
 situm est, v. Krüg. 50. 11, 20.

3. ὄρθριος ἥκων] Adiectivum pro adverbio. v. Krüg. 57,  
 5, 4. Horat. Epist. I 6, 20: ves-  
 pertinus pete tectum. Rem  
 ipsam illustrat Xenoph. Anab. IV  
 3, 9: ἐπεὶ δὲ ὄρθρος ην, ἐρ-  
 χεται.. καὶ ὡς τάχιστα ἔως ὑπ-  
 ἔφαινεν ἐθύνοντο πάντες κτέ. cf.  
 de leg. p. 808 D: ήμέρας δὲ ὄρ-  
 θρον τε ἐπανιόντων παῖδας μὲν  
 πρὸς διδασκάλους πον τρέπε-  
 σθαι χρεών.

οὐδένα λόγον ποιεῖ] intel-  
 ligere πρὸς με. Deinde εἴτε χρὴ —  
 εἴτε μή est: utrum oporteat an,  
 quod ego malim, non oporteat.

7. διείλεξαι] int. αὐτῷ. Solet  
 autem obiectum quod dicitur, si  
 duobus verbis commune est, al-  
 teri tantum accommodari v. p.  
 309 B. p. 310 E. p. 327 A. al.

10. "Εοικεν, ἔφη, — ἐξ  
 ὧν —] Plene dicendum erat ἔοι-  
 κεν, ἔφη, οὕτως ἔχειν ἐξ ὧν —.  
 Sed ad eundem modum Phaedon.  
 p. 99 E: ἵσως μὲν οὖν, ὡς εἰκάζω,

τρόπον τινὰ οὐκ ἔοικεν et infra  
 p. 330 B. Stallb.

12. ἔμπορός τις ἡ οὐ πη-  
 λος] artem sophistarum esse οὐ-  
 πηλικὴν καὶ ἐμπορικὴν hospes  
 Eleaticus in Sophist. p. 223 D sqq.  
 subtiliter disserit. Quid inter  
 ἔμπορον et οὐ πηλον intersit, ex-  
 plicat Plato de rep. p. 371 D:  
 οὐ πηλονς οὐλοῦμεν τοὺς πρὸς  
 ὡνήν τε καὶ πρᾶσιν διακονοῦν-  
 τας ἰδρυμένους ἐν ἀγορᾷ, τοὺς  
 δὲ πλανήτας ἐπὶ τὰς πολεῖς ἐμ-  
 πόρους, itemque Xenoph. (Memor.  
 III 7, 6) οὐ πηλονς definit  
 τοὺς ἐν τῇ ἀγορᾷ μεταβαλλο-  
 μένους καὶ φροντίζοντας ὃ τι  
 ἐλάττονος προίμενοι πλείονος  
 ἀποδῶνται. Neque tamen omnia  
 quae opus erant et in foro emi-  
 poterant, ibi emebantur, sed  
 cuicunque libuit, ab ἐμπόρῳ ipso  
 mercatus est, cf. Xenoph. Oecon.  
 XX 28: οἱ ἔμποροι ὅπου ἂν  
 ἀκούσωτι τιμᾶσθαι τε μάλιστα  
 τὸν σῖτον, καὶ περὶ πλείστον  
 αὐτὸν ποιῶνται οἱ ἀνθρώποι,  
 τούτοις αὐτὸν ἔγοντες παραδι-  
 δόασι.

13. Φαίνεται γὰρ: particula  
 γάρ affirmandi vi usurpata est  
 ut p. 352 E et multis aliis locis.

Τρέφεται δέ — ὃ Σώκρα-

δέ, ήν δ' ἔγω, ψυχὴ τίνι; Μαθήμασι δήπον, ὡς Σώκρατες.  
 Καὶ ὅπως γε μή, ὡς ἔταιρε, ὁ σοφιστὴς ἐπαινῶν ἀπλεῖ  
 ἐξαπατήσει ἡμᾶς, ὥσπερ οἱ περὶ τὴν τοῦ σώματος τροφήν,  
 ὁ ἔμπορός τε καὶ οὐπηλος. καὶ γὰρ οὗτοί που ὡν ἄγον-  
 σιν ἀγωγίμων οὔτε αὐτοὶ ἴσασιν ὅ τι χρηστὸν η̄ πονηρὸν  
 περὶ τὸ σῶμα, ἐπαινοῦσι δὲ πάντα πωλοῦντες, οὔτε οἱ  
 ὠνούμενοι παρ' αὐτῶν, ἐὰν μή τις τύχῃ γυμναστικὸς η̄  
 ιατρὸς ὡν. οὗτοι δὲ καὶ οἱ τὰ μαθήματα περιάγοντες  
 κατὰ τὰς πόλεις καὶ πωλοῦντες καὶ οὐπηλεύοντες τῷ ἀεὶ<sup>D</sup>  
 ἐπιθυμοῦντι ἐπαινοῦσι μὲν πάντα ἂπι πωλοῦσι, τάχα δ'  
 ἀν τινες, ὡς ἄριστε, καὶ τούτων ἀγνοοῖεν ὡν πωλοῦσιν  
 ὅ τι χρηστὸν η̄ πονηρὸν πρὸς τὴν ψυχὴν· ὡς δ' αὖτας E  
 καὶ οἱ ὠνούμενοι παρ' αὐτῶν, ἐὰν μή τις τύχῃ περὶ τὴν

sed verba η̄ν δ' ἔγω aliquo casu in inferiorem versum delata illud  
 ὡς Σώκρατες loco suo moverunt; nam quaerentis partes agit Socrates,  
 respondentis Hippocrates et utriusque personae ea tantum  
 quae ego tribui convenire demonstravi in Stud. philol. p. 837—841.

2. ὅπως γε μή — ἐξαπατήσει Bekker: ἐξαπατήσῃ BT. cf.  
 Krüger 54, 8, 7.

τεσ] his verbis, quae primo aspectu supervacanea videantur, Socrates simile, quod persequitur, clarius multoque efficacius reddit. Hippocrates autem, qui modo concessit sophistam sibi mercatorem vel cauponem earum mercium videri, quibus animus alitur, nequit interrogare, quanam re animus alatur; neque omnino is, qui ad mercaturam doctrinarum profecturus omnia sua amicorumque bona impendere paratus erat, nescire potuit, quod esset animi ingeniique quasi pabulum, de quo iam Empedocles v. 105: ἀλλ' ἄγε μνήσιν πλῆθι μάθη γάρ τοι φρένας αὐξεῖ, unde Clemens Alex. Strom. V 589 C η̄ μάθησις πατ' Ἐμπεδοκλέα τὰς φρένας αὐξεῖ. Quibus adde, quod Socrati per suam argumentandi rationem non licuit simpliciter respondere Μαθήμασι δήπον. Debeat ille ex Hippocrate, num sibi assentirentur, quaerere, ut recte tum de periculo talis mercatura eum admonere posset. Hanc interpretationem probant etiam verba p. 313 E: εἰ τυγχάνεις ἐπιστή-

μων — ἀσφαλέσ σοι ὡν εἰσθαι μαθήματα παρὰ Πρωταγόρου.

4. ὡν ἄγονσιν ἀγωγίμων] Genitivus pendet a proximis illis οἱ τι χρηστὸν η̄ πονηρὸν, vel potius ab οἱ τι. Xenoph. Mem. I 2, 54: τοῦ σώματος οἱ τι ἀνάζειν η̄ καὶ ἀνωφελέσ. Stallb.

5. χρηστὸν — περὶ τὸ σῶμα] praefert Plato in his dativo praepositiones περί, πρὸς et εἰς τι. statim post scripsit πρὸς τὴν ψυχὴν, Gorg. 517 D εἰδέναι οἱ τι τὸ χρηστὸν καὶ πονηρὸν τῶν σιτίων η̄ ποτῶν ἔστιν εἰς ἀρετὴν τοῦ σώματος, de leg. p. 697 B τὰ περὶ τὴν ψυχὴν ἀγαθά.. τὰ περὶ τὸ σῶμα καλὰ καὶ ἀγαθά, et orationis variandae causa Theophrastus (de odor. VIII 35) τὸ φόδινον ἀριστὸν πρὸς τὰ ὄτα et paulo post τὸ φόδινον τοῖς ὡσὶν ἀγαθόν dixit.

12. ὡς δ' αὖτας καὶ οἱ ὡν.] Int. ἀγνοοῖεν ἀν οἱ τι χρηστὸν η̄ πονηρὸν πρὸς τὴν ψυχὴν. Et ὡς δ' αὖτας, ut saepe, pro ὄσαντας δέ dictum est, v. Stallb. ad Phaedon. p. 102 E.

ψυχὴν αὐτὸν ἰατρικὸς ὥν. εἰ μὲν οὖν σὺ τυγχάνεις ἐπιστήμων τούτων τί χρηστὸν καὶ πονηρόν, ἀσφαλέσ σοι ὡνεῖσθει μαθῆματα καὶ παρὰ Πρωταγόρου καὶ παρ' ἄλλου 314 ὄτονοῦν· εἰ δὲ μή, ὅρα, ὡς μακάριε, μὴ περὶ τοῖς φιλτάτοις κυβεύῃς τε καὶ κινδυνεύῃς. καὶ γὰρ δὴ καὶ πολὺ μείζων κίνδυνος ἐν τῇ τῶν μαθημάτων ὧντι ἢ ἐν τῇ τῶν σιτίων. σιτία μὲν γὰρ καὶ ποτὰ πριάμενον παρὰ τοῦ καπήλου καὶ ἐμπόρου ἔξεστιν ἐν ἄλλοις ἀγγείοις ἀποφέρειν, καὶ ποὶν δέξασθαι αὐτὰ εἰς τὸ σῶμα πιόντα ἢ φαγόντα, καταθέμενον οἶκαδε ἔξεστι συμβούλεύσασθαι, παρὰ καλέσαντα τὸν ἐπαῖστα, ὅ τι τε ἐδεστέον ἢ ποτέον καὶ ὅ τι μή, καὶ δόποσον καὶ δόποτε· ὥστε ἐν τῇ ὧντι οὐ μέγας ὁ κίνδυνος. μαθῆματα δὲ οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ ἀγγείῳ ἀπενεγκεῖν, ἀλλ᾽ ἀνάγκη καταθέντα τὴν τιμὴν τὸ μάθημα ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ λαβόντα καὶ μαθόντα ἀπιέναι 15

1. τυγχάνεις ἐπιστήμων] Heindorfius ὥν post ἐπιστήμων addidit, sed v. ad Phaedon. p. 230. A, remp. p. 369 B. 7. παρὰ τοῦ καπήλου καὶ ἐμπόρου B: παρὰ τοῦ καπήλου καὶ ἐμπόρου T. Hermann παρὰ τοῦ (καπήλου καὶ ἐμπόρου), Sauppe deletis verbis καὶ ἐμπόρου scripsit παρὰ τοῦ καπήλου. deleverunt παρὰ — ἐμπόρου Hirschig et Schanz. v. Stud. phil. p. 842—844. 15. καὶ μαθόντα B T. deleverunt Deuschle et Schanz.

4. μὴ περὶ τοῖς φιλτάτοις κ.] ne ea, quae carissima tibi esse debent i. e. animi bona in aleam des. Proverbiale loquendi genus, quo usus est etiam Iulian. Orat. VI p. 190 ed. Spanhem. v. Suidas s. v. κυβεύειν, κύβος et ἐκκυβεύειν. Gorg. p. 513 A: σὺν τοῖς φιλτάτοις ἡ αἵρεσις ἡμῶν ἔστιν. Stallb.

7. παρὰ τοῦ καπήλου καὶ ἐμπόρου] Paulo ante dixit ἐμπορός τις ἡ κάπηλος, deinde ὁ ἐμπορός τε καὶ κάπηλος et πωλοῦντες καὶ καπηλεύοντες. Nunc ordinem verborum mutavit, quod esculenta et potulenta a caupone plerumque emebantur, supra autem mercator priore loco positus est, quod Protagoras non nisi cum eo comparari potuit. Etenim Plato ut sententia apte exprimeretur et numerose struereatur oratio, aliis locis aliter verba collocavit; p. 309 A scripsit ὡς γ' ἐν αὐτοῖς ἡμῖν εἴρ. de leg.

923 A πρόσ γε ὑμᾶς αὐτούς. p. 310 A et 362 A εἰπών καὶ ἀκούσας. Symp. 219 A ἀκούσας τε καὶ εἰπών. p. 317 B σὺν θεῷ εἰπεῖν. de leg. p. 858 B εἰπεῖν σὺν θεῷ p. 339 B εὐ λέγεις, de leg. p. 700 A λέγεις εὖ. p. 325 A καὶ παῖδες καὶ ἀνδρας καὶ γυναικες, de rep. p. 471 B καὶ ἄνδρας καὶ γυναικες καὶ παῖδες. Cf. ad p. 313 C.

14. καταθέντα τὴν τιμὴν] soluto pretio. Dicitur κατατιθέναι de praesenti pecunia, quae prompte numeratur ac persolvitur, cf. infra p. 328 C et Aristoph. ran. 173: δύο δραχμὰς μισθὸν τελεῖς; Εἰ μὴ καταθήσεις δύο δραχμὰς, μὴ διαλέγον.

τὸ μάθημα λαβόντα καὶ μαθόντα] disciplina accepta et recepta, cf. Lach. p. 181 E: τὸ μάθημα ἐπιστασθαι et Epinom. p. 974 D: (αἱ ἄλλαι ἐπιστήμαι) σοφὸν οὐκ ἀποτελοῦσι τὸν λαμβάνοντα τε αὐτὰς

ἢ βεβλαμμένον ἢ ὠφελημένον. ταῦτα οὖν σκοπόμεθα καὶ μετὰ τῶν πρεσβυτέρων ἡμῶν· ἡμεῖς γὰρ ἔτι νέοι, ὥστε τοσοῦτο πρᾶγμα διελέσθαι. νῦν μέντοι, ὥσπερ ὁρμήσαμεν, ἴωμεν καὶ ἀκούσωμεν τοῦ ἀνδρός, ἐπειτα ἀκοίσαντες καὶ ἄλλοις ἀνακοινωσάμεθα· καὶ γὰρ οὐ μόνος Ηρωταγόρας αὐτόθι ἐστίν, ἀλλὰ καὶ Ἰππίας ὁ Ἡλεῖος — εἰσὶ μεν δὲ καὶ Πρόδικον τὸν Κεῖον — καὶ ἄλλοι πολλοὶ καὶ σοφοί.

Cap. VI. Δόξαν ἡμῖν ταῦτα ἐπορευόμεθα. Ἐπειδὴ δὲ ἐν τῷ προθύρῳ ἐγενόμεθα, ἐπιστάντες περὶ τυνος λόγου διελεγόμεθα, ὃς ἡμῖν κατὰ τὴν ὄδὸν ἐνέπεσεν· ἦν οὖν μὴ ἀτελῆς γένοιτο, ἀλλὰ διαπερανάμενοι οὗτοι εἰςίοιμεν, στάντες ἐν τῷ προθύρῳ διελεγόμεθα, ἐώς συνωμολογήσαμεν ἀλλήλοις. δοκεῖ οὖν μοι, ὁ θυρωρός, εὐνοῦχός τις.

13. στάντες T: ἐστάντες B, ἐπιστάντες Schanz, ἐστῶτες Cobet, sed ε in B ex σ ortum est.

καὶ ἔχοντα. His haud absimile est, quod habetur de leg. p. 717 B: νομίζει, ἂ κέκτηται καὶ ἔχει, πάντα εἶναι τῶν γεννησάντων.

1. ταῦτα οὖν σκοπώμεθα] Sententia haec est: Utrum sophistarum disciplina animo conducat necone, quem ipsi per aetatem diiudicare non possimus, de ea re tum alios nobis natu maiores et sapientiores in consilium adhibeamus, ubi ab ipso Protagora, quam rem se tradere profiteatur, audiverimus, v. p. 318 A.

2. ἔτι νέοι, ὥστε τοσοῦτ. πρ.] haec recte iam Heindorfius interpretatus est: nobis nonnisi iuvenilis quaedam facultas suppetit ad tantam rem iudicandam. v. Krüg. 49, 1.

6. Ἰππίας ὁ Ἡλεῖος] Fuit hic insignis tum doctrinæ copia et amplitudine, tum vanitate ac superbia, qua artem suam ac scientiam ostentabat. vid. Hipp. Mai. p. 285 sqq. Infra p. 315 C et annot. ad Apol. Socr. p. 19 E Stallb.

7. Πρόδικον τὸν Κεῖον] intell. αὐτόθι εἶναι, ut Apolog. p. 25 E, et de hoc sophista vid. proleg. p. 7.

9. Δόξαν ἡμῖν ταῦτα] Eodem modo Xenoph. Anab. IV 1, 13 δόξαν δὲ ταῦτα ἐκήρυξαν οὗτοι ποιεῖν, pro δόξαντα ταῦτα, de quo accus. absoluto qui dicitur v. Krüger 56. 9, 5—6.

10. ἐν τῷ προθύρῳ] Vitruvius VI, 7, 5: πρόθυρα Graece dicuntur quae sunt ante ianuas vestibula; nos autem appellamus prothyra, quae Graece dicuntur διάθυρα. cf. Gellius N. A. XVI 5. Symp. p. 175 A: τῶν παλδῶν τινὰ ἡκειν ἀγγέλλοντα, ὅτι Σωκράτης οὗτος ἀναγωγήσας ἐν τῶν γειτόνων προθύρῳ ἔστηκε. Herodot. VI 35: ὁ Μίλτιαδης κατήμενος ἐν τοῖσι προθύροισι τοῖσι ἑωντοῦ, ὁρέων τοὺς Δολόγονος παριόντας . . προσεβώσατο. cf. Guhl et Koner, Leben d. Griech. I p. 90.

13. στάντες] Socrates et Hippocrates postquam ad vestibulum venerunt, subsistentes (ἐπιστάντες) sermonem, in quem inter eundum inciderant, continuabant, pauloque serius vestibulum ipsum ingressi eum absolverunt.

14. δοκεῖ οὖν μοι, ὁ θυρωρός —] ianitor vero, eunuchus, nos opinor, exau-

D κατήκουεν ἡμῶν, κινδυνεύει δὲ διὰ τὸ πλῆθος τῶν σοφιστῶν ἄχθεσθαι τοῖς φοιτῶσιν εἰς τὴν οἰκίαν. ἐπειδὴ γοῦν ἔκρούσαμεν τὴν θύραν, ἀνοίξας καὶ ἴδων ἡμᾶς, "Εα, ἔφη, σοφισταί τινες· οὐ σχολὴ αὐτῷ. Καὶ ἅμα ἀμφοῖν τοῖν χεροῖν τὴν θύραν πάνυ προσθύμως ὡς οἶός τ' ἦν ἐπήραξε. εἰ καὶ ἡμεῖς πάλιν ἔκρούμεν, καὶ ὃς ἐγκεκλημένης τῆς θύρας ἀποκρινόμενος εἰπεν, Ὡ ἄνθρωποι, ἔφη, οὐκ ἀκηρόστε, δτὶ οὐ σχολὴ αὐτῷ; Ἀλλ' ὥγαθέ, ἔφην ἔγώ, οὕτε παρὰ E Καλλίαν ἤκομεν οὕτε σοφισταί ἐσμεν, ἀλλὰ θάρρει. Πρω-

4. τοῖν χεροῖν B: ταῖν χεροῖν T. 6. ἐγκεκλημένης  
Bekker: ἐγκεκλειμένης B, ἐγκεκλεισμένης T.

diverat. — In paucis tum domibus ianitores fuisse inde apparet, quod ne Agatho quidem servum ab ianua habuit, v. Symp. p. 212 C; sed in Calliae domo opulentissima Persarumque luxum imitante vel eunuchus fuit ostiarius. — κατήκουσε: clausis foribus nostram exaudiverat disputationem indeque nos sophistas esse suspicatus erat.

2. τοῖς φοιτῶσιν] etsi hoc est verbum proprium de discipulis magistri domum frequentantibus, tamen hic omnino de iis, qui ad Calliam itabant, accipiendum est. v. Plut. Themist. c. 5, ubi Themistocles adolescens dicitur Ἐπικλέα τὸν ἐξ Ἐρμιόνης, κιθαριστὴν σπουδαζόμενον ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, ἐκλιπαρῆσαι μελετῶν παρ' αὐτῷ, φιλοτιμούμενος πολλοὺς τὴν οἰκίαν ξητεῖν καὶ φοιτῶν παρ' αὐτόν.

3. ἐκρούσαμεν] Plutarch. de curios. vol. VIII. p. 53 R.: καίτοι μὴ πόψαντά γε θύραν εἰς οἰκίαν ἀλλοτρίαν οὐ νομίζεται παρελθεῖν, ἀλλὰ νῦν μὲν εἰσὶ θυρῷροι, πάλαι δὲ δόπτρα κρονόμενα πρὸς ταῖς θύραις αἰσθησιν παρεῖχε πτέ.

3. "Εα, ἔφη, σοφ.] "Εα hic indignantis est vocula, alibi rem inexspectatam mirantis. v. Valck. Eur. Hippol. v. 905 — αὐτῷ ipsi i. e. domino, usu frequenti. Stallb.

4. οὐ σχολὴ αὐτῷ] Hoc nomine veteres eos excluderunt, quos aut omnino non admitte-

bant aut eo ipso tempore, quo adierant, videre nolebant. Itaque apud Ciceronem (de senect. c. 10) Cato ille senex: nemo, inquit, adhuc convenire me voluit, cui fuerim occupatus. v. Aristoph. Acharn. 403. Plutarchus. Nic. c. 5. Non in omnibus vitae condicribus is mos servatus est. Agatho quidem in Symp. 212 D multa nocte commissatoribus domum pulsantibus ita servis imperat: ἐάν μὲν τις τῶν ἐπιτηδεῖων ἦ, καλεῖτε· εἰ δὲ μή, λέγετε, ὅτι οὐ πίνομεν, ἀλλὰ ἀναπανόμεθα ἥδη. Sed ab illo more plane alienum est, quod Martialis sibi accidisse queritur Epigr. V 22: Illud adhuc gravius, quod te post mille labores,  
Paule, negat lasso ianitor esse domi.

ἀμφοῖν τοῖν χεροῖν — ἐπήραξε] Socrates rem videre poterat, quod ianua Graecorum more aperturam in exteriorem aedium partem habebat.

9. Πορταγόραν γάρ τοι δ. l. δ. ἥλθομεν] Ordo verborum hic est: ἥλθομεν γάρ τοι δεόμενοι ldein Πορταγόραν. Verbum εἰσαγέλλειν proprium est de ianitore domino nuntiante, si quis advenit, qui eum visere velit. Respondet nostro ammelen. Stallb. Vid. ad p. 310 B. Xenoph. Symp. I 11: Φίλιππος ὁ γελωτοποιός κρούσας τὴν θύραν εἰπε τῷ ὑπακούσαντι εἰσαγγεῖλαι, δέτις τε εἴη καὶ διότι κατάγεσθαι βουλοίτο.. Ο οὖν Καλλίας

ταγόδαν γάρ τοι δεόμενοι ἵδεῖν ἥλθομεν. εἰσάγγειλον οὖν.  
Μόγις οὖν ποτε ἡμῖν ἀνθρωπος ἀνέφεξε τὴν θύραν.

Cap. VII. Ἐπειδὴ δὲ εἰσήλθομεν, κατελάβομεν Πρωταγόδαν ἐν τῷ προστῷ περιπατοῦντα, ἔξης δ' αὐτῷ συμπεριεπάτοντιν ἐκ μὲν τοῦ ἐπὶ θάτερα Καλλίας ὁ Ἰππονίκου καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ ὁμομῆτρος, Πάραλος ὁ Περικλέους, καὶ Χαρομίδης ὁ Γλαύκωνος, ἐκ δὲ τοῦ ἐπὶ θάτερα ὁ ἑτερος τῶν Περικλέους Ξάνθιππος καὶ Φιλιππίδης ὁ Φιλομή-

1. γάρ τοι ex vetero emendatione: γάρ τι BT. 2. ἄνθρωπος Bekker, quae forma apud Platonem saepe oblitterata est, ἀνθρωπος BT, ὁ ἀνθρωπος apographa. 7. ὁ ἔτερος — in B et T est ἕταιρος frequenti permutatione, sed iam a Stephano aliisque emendatum.

ἀνούσας εἶπεν· εἰσέτω. pro εἰσέτω  
apud posteriores scriptores etiam  
ηὔτε invenitur, sed vulgare est  
κάλει vel κάλεσον, ut Charit.  
III 1.

2. Μόγις οὖν ποτέ — τὴν θύραν] Recte observavit Heindorfius ποτέ crebro significare tandem aliquando. Itaque μόγις ποτέ est aegre tandem, vix tandem, ut Theaet p. 160 Ετοῦτο μὲν δὴ μόγις ποτέ ἐγεννήσαμεν, ὅ τι δὴ ποτὲ καὶ τυγχάνει ὅν. cf. de leg. p. 789 A. Sic etiam Latini aliquando usurpant. Cicero pro Rose. Amer. c. 22: peroravit aliquando: assedit. Stallb.

4. ἐν τῷ προστῷ π.] Egregie Heindorfius: „Prosternon, inquit, h. l. videtur dici quod Vitruvio VI 10. dicitur περιστυλον, quatuor illud porticibus constans, quae ab ianua introeuntibus quadratam aream quasi quoddam impluvium circumdabant. Ita per ianuam μέσαν λον introeundi statim prospectus patet in oppositam porticum, τὸ κατ' ἀντικρὺ προστών §. sq. Ad huius peristyli porticum unam positum fuit τὸ ταμιεῖον, cella penaria, cuius mox p. 315 D mentio fit, unde hoc ipsum στοά dicitur Aristoph. Eccles. v. 14.“ — ἔξης δ' αὐτῷ, iuxta eum. v. Phaedon. p. 100 B. — εἰ μὲν τοῦ ἐπὶ θάτερα, ex al-

tera parte, ut Euthyd. p. 927 D  
ἐκ τοῦ ἐπ' ἀριστερά. Stallb.

6. ὁ ὁμομῆτρος —] Plutarch. Pericl. c. 24: ἦν μὲν αὐτῷ (τῷ Περικλεῖ) γυνὴ προσήκουσα μὲν κατὰ γένος, συνωμηνία δ' Ἰππονίκῳ πρότερον, ἐξ οὐ Καλλίαν ἔτεκε τὸν πλούσιον. ἔτεκε δὲ καὶ παρὰ τῷ Περικλεῖ Ξάνθιππον καὶ Πάραλον. Non autem sine aculeo quodam illud ὁ ὁμομῆτρος adiectum est, quod Hermogenes ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ ὁμοπάτριος, qui Socratis disciplinae studiosissimus erat, huic nobilium virorum coetui non interest. cf. Cratyl. p. 391 C.

7. Χαρομίδης] Charmides, Glauconis filius, frater fuit Perictiones, Platonis matris; sed ei magnam etiam cum ipso Callia intercessisse generis affinitatem necesse est, quum ab ipsius parte incedens inducatur. Atque ex Andocidis verbis or. I 126: λαβόμενος τοῦ βωμοῦ (ὁ Καλλίας) ὕμοσεν ἡ μὴν μὴ εἰναί οἱ νῖστοι ἄλλον μηδὲ γενέσθαι πώποτε, εἰ μὴ Ἰππόνικον ἐκ τῆς Γλαύκωνος θυγατρός, ex his igitur probabiliter coniicere licet, Charmidis sororem Calliam in matrimonio habuisse. Quae si vera est conjectura, Plato quoque cum Callia coniunctus fuit. De Charmidis morte vid. Xenoph. Hellen. II, 75, de Philippide, Philomeli filio, Boeckh. de oecon. Att. II 48.

λον καὶ Ἀντίμοιρος ὁ Μενδαιῶς, ὅσπερ εὐδοκιμεῖ μάλιστα τῶν Πρωταγόρου μαθητῶν καὶ ἐπὶ τέχνῃ μανθάνει, ὡς σοφιστὴς ἐσόμενος. τούτων δὲ ὄπισθεν οἱ ἡκολούθοντιν ἐπακούοντες τῶν λεγομένων τὸ μὲν πολὺ ἔνοι εἴφαίνοντο, οὓς ἄγει ἐξ ἑκάστων τῶν πόλεων ὁ Πρωταγόρας, δι' ᾧν 5 διεξέρχεται, κηλῶν τῇ φωνῇ ὥσπερ Ὁρφεύς, οἱ δὲ κατὰ Β τὴν φωνὴν ἔπονται κεκηλημένοι· ἡσαν δέ τινες καὶ τῶν ἐπιχωρίων ἐν τῷ χορῷ. τοῦτον τὸν χορὸν μάλιστα ἔγωγε ἴδων ἡσθην, ὡς καλῶς εὐλαβοῦντο μηδέποτε ἐμποδὼν ἐν τῷ ἐμπροσθεν εἶναι Πρωταγόρου, ἀλλ' ἐπειδὴ αὐτὸς ἀνα- 10 στροφοὶ καὶ οἱ μέτ' ἐκείνου, εὗ πως καὶ ἐν κόσμῳ περιεσχίζοντο οὗτοι οἱ ἐπήκοοι ἐνθεν καὶ ἐνθεν, καὶ ἐν κύκλῳ περιούντες ἀεὶ εἰς τὸ ὄπισθεν καθίσταντο κάλλιστα.

Τὸν δὲ μέτ' εἰσενόησα, ἐφη Ὄμηρος, Ἰππίαν τὸν

3. ὄπισθεν οἱ Baiter: ὄπισθεν BT. 5. τῶν πόλεων B: πόλεων T. 9. εὐλαβοῦντο BT: ηὐλαβοῦντο Schanz. 10. ἐμπροσθεν T: πρόσθεν B. 14. ἐφη Ὄμηρος: suspecta haec visa sunt Schleiermacheri aliisque multis, sed v. Men. p. 76 D et Stud. phil. p. 844.

1. Ἀντίμοιρος ὁ Μενδαιῶς]  
h.e. Mende, Thraciae urbe oriundus. Themist. or. 29. p. 347 D: ὁ Καλλίας οὐ μόνον Πρωταγόραν ἐθεράπευε καὶ περιεῖπεν, ἀλλὰ καὶ Ἀντίμοιρον τὸν Μενδαιῶν καὶ τὸν ἄλλον μαθητὰς Πρωταγόρου. Quos Themistius dicit discipulos Protagorae, ii a Platone ἐπακούοντες s. ἐπήκοοι appellantur. Sunt ii, quos sophista in Calliae hospitium quasi umbras adduxerat.

5. ἐξ ἑκάστων τῶν πόλεων]  
Sic articulus post ἑκαστος illatus Phaedr. p. 248 E et p. 274 E. Apolog. Socr. p. 39 A. Parmenid. p. 134 A. Tim. p. 19 E. al. v. ad Phileb. p. 93. — Praecedenti τὸ μὲν πολὺ, h. e. maximam partem in proximis respondet ησαν δέ τινες. Stalb.

9. μηδέποτε ἐμποδὼν ἐν τῷ ἐμπροσθεν εἶναι]  
H. e. ne impedimento ei essent a fronte. Sic εὐλαβεῖσθαι μή sequente infinitivo legitur etiam Euthydem. p. 304 A. Charmid. p. 155 D al. — ἐπειδὴ αὐτὸς ἀναστροφοὶ, quoties ipse eiusque comites se con-

verterent. — εὗ πως καὶ ἐν κόσμῳ, decore atque ordine. Ceterum de magna reverentia, qua Protagoram prosequabantur discipuli, conf. de rep. X p. 600 C. Stalb.

14. τὸν δὲ μέτ' εἰσενόησα,  
ἐφη Ὄμηρος] Sumta haec sunt ex Νεενίᾳ, Odyss. λ, v. 601: τὸν δὲ μέτ' εἰσενόησα βίην Ἡρακλησίην πτέ. Digna vero sunt quae adscribantur verba Schleiermacheri: „Der unterrichtete Athener dachte sich das übrige hinzu, und ihm entging auch der Stachel der Anspielung nicht, dass sie aus der Reise in die Unterwelt genommen ist.“ Sic hunc locum iam accepit Aristid. vol. III. p. 483 (II. p. 377 Dind.) φαίνεται δὲ Πλάτων τὸν σοφιστὰς κατὰ τὸν ἐν Ἀιδου πολαζομένους τιθεὶς καὶ καταλέγων καὶ μὴν Τάνταλον εἰσεῖδον, καὶ τὸν δὲ μέτ' εἰσενόησα, τοῖς ἐκ Νεενίᾳ αὐτοὺς κόσμοις τιμῶν, Πρόδικον μὲν ὡς Τάνταλον ὄντα, Ἰππίαν δὲ ὡς τὸ εἰδωλον τοῦ Ἡρακλέους. Πρωταγόρας δ' αὐτὸν μετὰ τούτων διαιτᾶται.

Ιλεῖον, καθήμενον ἐν τῷ κατ' ἀντικρὺ προστοῖθεν θρόνῳ. Ο περὶ αὐτὸν δ' ἐκάθηντο ἐπὶ βάθρων Ἐρυξίμαχός τε ὁ Ἀκονιμενοῦ καὶ Φαιδρος ὁ Μυρρινούσιος καὶ Ἀνδρων ὁ Ἀνδροτίθωνος καὶ τῶν ξένων πολίται τε αὐτοῦ καὶ ἄλλοι 5 τινές. ἐφαίνοντο δὲ περὶ φύσεώς τε καὶ τῶν μετεώρων ἀστρονομικὰ ἄττα διερωτᾶν τὸν Ἰππίαν, ὁ δ' ἐν θρόνῳ καθήμενος ἐκάστοις αὐτῶν διέκουνε καὶ διεξῆει τὰ ἔρωτάμενα.

Καὶ μὲν δὴ καὶ Τάνταλόν γε εἰσεῖδον. ἐπεδήμει

4. Ἀνδροτίθωνος T: quod nomen in B corruptum est in Αριστίωνος a scriba, qui quum notam litterarum νδ non animadvertisset et ο pro σ habuisse — ut p. 326 C αὐτοῦ ὅτε pro αὐτούς τε scripsit — i post ο inseruit, cf. Gorg. 487 C. 6. ἀστρονομικὰ delet Schanz, sed eo remoto vix stare possit ἄττα.

2. Ἐρυξίμαχός τε ὁ Ἀκονιμενοῦ] Acumenus medicus fuit Atheniensis et Socratis familiaris, vid. Phaedr. p. 227 A et Xenoph. Memor. III 13, 2; eandem ac pater artem Eryximachus exercebat, quem Phaedri amicum fuisse ex dialogo Phaedri nomine inscripto apparetp. 268B. — Andron etiam Gorg. p. 487C commemoratur et inter κοινωνίας τῆς σοφίας Calliclitis reconsentur.

6. ἀστρονομικὰ ἄττα] Hippiam praecipue siderum cognitionem venditavisse Plato pluribus locis tradit, ut p. 318 E, Hipp. I p. 285 B: ἐκεῖνα ἀστρά (ὧν Ἰππία) καλλισταὶ ἐπίστασαι, τὰ περὶ τὰ ἀστρά καὶ τὰ οὐρανια πάθη, Hipp. II p. 367E. Et verba ἀστρονομικὰ ἄττα significant partem τῶν μετεώρων, quam ab Hippia discere audientes volebant, cf. Xenoph. symp. VI 7: (δοκεῖς) τῶν μετεώρων φροντιστῆς εἶναι. Οἰσθα οὖν, ἔφη ὁ Σωκράτης, μετεωρότερον τι τῶν θεῶν; Socrates ipse omnibus dissuasit, ne in astrologia utpote obscuriore quam pro humano ingenio studia figerent operamque in rebus humanis collocandam perderent, v. Xenoph. Mem. I 1, 11; IV 7, 6, eiusque sententiae plerique fuerunt Athenienses, cf. Plutarch. Pericl. 32.

ἐν θρόνῳ καθήμενος] θρό-

νος apud Homerum, ut ait Atheneus p. 192E, μόνον ἐλευθέροις ἔστι καθέδρα σὺν ὑποποδίῳ, qua significazione hoc vocabulum legitur etiam Heraclid. Polit. c. III: διατῶνται οἱ Κρῆτες πάντες καθήμενοι θρόνοις. Plerumque autem de praecipua quadam sede aliis excelsiore, magnificentiore et delicatiore dicitur, ut a Critia ap. Athen. p. 28 B: Θεσσαλικὸς δὲ θρόνος, γνίων τρυφερωτάτη ἔδρα. Et Hippias h. l. eo aptius in solio sedens describitur, quod θρόνος etiam sella est magistrorum sive cathedra, cui opposita sunt βάθρα i. e. subsellia in scholis usitata. v. p. 325 E.

7. διέκρινε] eadem animi fiducia, qua juris consultus de iure respondet; cf. etiam Cic. de Leg. I 3, 10: non recusarem, quominus more patrio sedens in solio consulentibus responderem.

9. καὶ Τάνταλόν γε] Hac appellatione Prodici avaritiam notari suspicatur Stallbaum, sed videtur sophista grandi corporis macie famelico similis fuisse, ut mento tenuis involutus facile cum Tantalo inferno comparari posset. — εἰσεῖδον: conspicatus quidem sum, sed de qua re dissereret, non potui foris percipere, v. p. 315 E.

ἐπεδήμει γὰρ ἄρα —] aderat enim — ut suspicatus eram

D γὰρ ἄρα καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος, ἦν δὲ ἐν οἰκήματι τινι, ὥπο πρὸ τοῦ μὲν ὡς ταμιείω ἔχοητο Ἰππόνικος, νῦν δὲ ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν παταλυόντων ὁ Καλλίας καὶ τοῦτο ἐκκενώσας ξένοις πατάλυσιν πεποίηκεν. ὁ μὲν οὖν Πρόδικος ἦτι πατένειτο, ἐγκεκαλυμμένος ἐν κωδίοις τισὶ καὶ στρώμασι καὶ μάλα πολλοῖς, ὡς ἐφαίνετο· παρεκάθηντο δὲ αὐτῷ ἐπὶ ταῖς πλησίον κλίναις Πανσανίας τε ὁ ἐκ Κεραμέων καὶ μετὰ Πανσανίου νέον τι ἔτι μειράκιον, Ε ὡς μὲν ἐγῷ μαι, καλόν τε κάγαθὸν τὴν φύσιν, τὴν δ'

1. *ἄρα καὶ*: pro *ἄρα* B habet *ρα*, *καὶ* om. T. *ὡς* omitti vult Dobree ad Aristoph. Plut. 314, sed nulla est causa, cur particula eiiciatur.

(v. p. 314 B) — Prodicus etiam Ceus. — Vocabulum *οἰκήματος* usurpari solet de singulis aedificiorum partibus, ita ut pro varia singulorum locorum ratione variam habeat significationem. v. Theag. p. 130 D: εἰ ἐν τῇ αὐτῇ μόνον οἰκίᾳ εἴην, μὴ ἐν τῷ αὐτῷ δὲ οἰκήματι.

4. *ξένοις πατάλυσιν πεπ.*] Themist. or. 29 p. 347 D: ὁ Καλλίας ἐκκενώσας τὸ ταμιείον τοῖς σοφισταῖς ξενῶντα πατεσκενάσατο.

*Πρόδικος ἔτι πατένειτο]* Describuntur mores hominis mollis et delicatuli. Narrat etiam Philostratus Vit. Sophist. XII. p. 496. ed. Olear. Prodicum fuisse mollitiei et voluptatibus deditum. Stallb.

5. *ἐν κωδίοις*] Schol. ad Aristoph. Equit. v. 400: *κώδιον* ἔστι τὸ ἀματοῖς ἐρίοις δέρμα σκεναζόμενον. Ut Prodicus non una pelle ad corpus in lectulo integendum utitur, ita Phidippides ἐν πέντε σισύραις ἐγκεκοδυλημένος (Nub. v. 10) dormit; ad quem locum scholiastes: ἵστεον ὅτι λήγοντος τοῦ χειμῶνος, ἀρχομένου δὲ τοῦ ἔαρος γίγνεται τὰ Διονύσια (quibus Nubes docebantur), ὥστε διὰ τὸ ιονός καὶ πέντε περιβόλαια πεσοιβεβλῆσθαι τὸν νῖόν. De iisdem diebus festis, qui mense Elaphebolione agebantur, hic quoque eo magis videtur cogi-

tandum, quod eo ipso tempore multi homines undique Athenas convenire solebant; v. Schol. ad Aristoph. Ach. v. 503 sq.

6. *τισὶ καὶ μάλα πολλοῖς*] Phaedon. p. 58 D: παρησάν τινες καὶ πολλοί γε. Cratyl. p. 386 B: πολλάκις δὴ αὐτὸ πέπονθα, ὥστε μοι δοκεῖν πάνν ποιηούς εἶναι τινας ἀνθρώπους καὶ μάλα συχνούς. Gorg. p. 455 C. al.

7. *Πανσανίας*] Pausanias fuit homo eruditissimus, qui quantum Prodicu disciplina profecisset, oratione de Amoris virtutibus apud Agathonem convivas docuit. Ex qua oratione huc pertinet haec eius vox Symp. p. 181 D: οἱ εὔλικοινῶς ὑπὸ τούτον τοῦ ἔρωτος ὠρμημένοι οὐκ ἔρωσι παίδων, ἀλλ᾽ ἐπειδὴν ἥδη ἀρχωνται νοῦν ἵσχειν. τοῦτο δὲ πλησιάζει τῷ γενειάσκειν — χρῆν δὲ καὶ νόμον εἶναι μὴ ἔραν παίδων.

8. *νέον τι ἔτι μειράκιον*] Agatho, quum Socrati plane esset ignotus, modo ex pueris excessisse et aetatis annum sextum decimum egisse putandus est. — φύσις est ingenium, indoles, ut Théaet. p. 142 D. Vid. prolegom. p. 28.

9. *τὴν δ' οὖν ἰδεῖν πάνν παλός*] sed hoc utut est, certe admodum formosus et venustus. Sic enim δ' οὖν accipiendum, ut saepe. v. ad Tim. p. 38 B. Cratyl. 415 C. 426 D.

οῦν ἰδέαν πάνν καλός. ἔδοξα ἀκοῦσαι ὅνομα αὐτῷ εἶναι Ἀγάθωνα, καὶ οὐκ ἄν θαυμάζοιμι, εἰ παιδικὰ Παυσανίου τυγχάνει ὡν. καὶ τὸ Ἀδειμάντω ἀμφοτέρω, ὃ τε Κήπιδος καὶ ὁ Λευκολοφίδον, καὶ ἄλλοι τινὲς ἐφαίνοντο. περὶ δὲ ὧν διελέγοντο οὐκ ἐδυνάμην ἔγωγε μαθεῖν ἔξωθεν, καίπερ λιπαρῶς ἔχων ἀκούειν τοῦ Προδίκου — πάσσοφος 316 γάρ μοι δοκεῖ ἀνὴρ εἶναι καὶ θεῖος — ἀλλὰ διὰ τὴν βαρύτητα τῆς φωνῆς βόμβος τις ἐν τῷ οἰκήματι γιγνόμενος ἀσαφῆ ἐποίει τὰ λεγόμενα.

10 Καὶ ἡμεῖς μὲν ἄρτι εἰσεληλύθειμεν, κατόπιν δὲ ἡμῶν ἐπεισῆλθον Ἀλκιβιάδης τε ὁ καλός, ὡς φῆς σὺ καὶ ἔγὼ πείθομαι, καὶ Κριτίας ὁ Καλλαισχρον.

1. καλὸς T: καλῶς B, perperam Stephanus corrigebat καλόν.  
 3. τυγχάνει ὡν: post haec verba libri inferunt τοῦτ' ἦν τὸ μειράνιον, de quo interpretamento vid. Stud. phil. p. 845 sq. et infra annotata. 7. ἀνὴρ Bekker scripsit, ἀνὴρ B T, ὁ ἀνὴρ apogr.  
 11. Ἀλκιβιάδης τε: om. τε B.

Stephanus volebat καλόν. Non opus. v. Phavorinus s. v. κλυτός. Τοῖς οὐδετέροις ὀνόμασιν ἀρσενικὰ καὶ θηλυκὰ επίθετα, καὶ μετοχὰς ἀρσενικάς τε καὶ θηλυκάς ἐπιφέροντιν, οἷον εὐφυῆς παιδίον, καὶ κόριον καλλίστη, καὶ γύναιον ἔρχομένη, καὶ μειράνιον λέγων κτέ. Stallb.

1. ἔδοξα ἀκοῦσαι] 'visus mihi sum audire' — verum pro certo affirmare non ausim, quum fieri potuerit, ut perperam audierim. Agathonis nomen apud Calliam facile a quopiam appellari potuit in consessus præparatione, quae describitur p. 317 D.

2. εἰ παιδικὰ Π. τ. ὡν.] Constructionem nemireris, multo audacius Phaedr. p. 240 A: ἔτι τοίνυν ἄγαμον, ἀπαιδα, ἀοικον ὃ τι πλεῖστον χρόνον παιδικὰ ἔραστης εὑξαίτ ἄν γενέσθαι Stallb.

3. τυγχάνει ὡν.] Quae vulgo sequuntur verba τοῦτ' ἦν τὸ μειράνιον h. e. id erat adolescens, int. παιδικά, ea ad Socratis conjecturam, qua Agathonem a Pausania amari suspicatus erat, confirmandam Platonis orationi ab aliquo inter legendum apposita,

postea autem a librariis inserta sunt, quo factum est, ut Pausanias et Agatho, qui inter se coniuncti alteri pari audientium, ambobus Adimantis, oppositi sunt, oratione divellerentur. Plura de his verbis vid. in praefat. p. VI et VII.

τὼ Ἀδειμάντῳ] Adimanti, Cepidis filii, mentio fit, quod sciamus, alibi nusquam; alterius, qui Leucolophidae filius appellatur, rarissime. De hoc Hemsterhus. ad Lucian. Tim. p. 541 ed. Lehm. conferri iubet Xenoph. Hist. Gr. II, 4, 21 et Schol. ad Aristoph. Ran. v. 1561. Stallb. Vid. Meineke Fragm. Comic. Graec. II. p. 513.

7. δοκεῖ ἀνὴρ εἶναι καὶ θεῖος] De rep. I. p. 331 E: Σιμωνίδη γε οὐ φάδιον ἀπιστεῖν· σοφὸς γάρ καὶ θεῖος ὁ ἀνὴρ. De voc. θεῖος v. Sophist. p. 216 B: καὶ μοι δοκεῖ θεός μὲν ἀνὴρ οὐδαμῶς εἶναι, θεῖος μήν· πάντας γάρ ἔγω τοὺς φιλοσόφους τοιούτους προσαγορεύω.

P. 316. ὡς φῆς σὺ] v. p. 309 A.

12. καὶ Κριτίας ὁ K.] Est hic Critias ille, quem constat ὀλιγαρχίας fuisse adeo studiosum, ut crudelis et impotentis

Cap. VIII. Ἡμεῖς οὖν ὡς εἰσήλθομεν, ἔτι σμίκρῳ ἄττα διατρίψαντες καὶ ταῦτα διαθεασάμενοι προσῆμεν πρὸς τὸν Β Πρωταγόραν, καὶ ἐγὼ εἶπον· Ὡ Πρωταγόρα, πρὸς σέ τοι ἥλθομεν ἐγώ τε καὶ Ἰπποκράτης οὗτος. Πότερον, ἔφη, μόνω βουλόμενοι διαλεχθῆναι ἢ καὶ μετὰ τῶν ἄλλων; <sup>5</sup> Ἡμῖν μέν, ἦν δὲ ἐγώ, οὐδὲν διαφέρει· ἀκούσας δέ, οὐδὲν εἴκετε; Ἰπποκράτης ὅδε ἔστι μὲν τῶν ἐπιχωρίων, Ἀπολλοδώρου νιός, οἰκίας μεγάλης τε καὶ εὐδαιμονος· αὐτὸς δὲ Κ τὴν φύσιν δοκεῖ ἐνάμιλλος εἶναι τοῖς ἡλικιώταις. ἐπιθυ- <sup>10</sup> μεῖν δέ μοι δοκεῖ ἐλλόγιμος γενέσθαι ἐν τῇ πόλει. τοῦτο

3. πρὸς σέ τοι: ut p. 314 E, ita h. l. τοι in BT recentiore graecorum pronuntiatione mutatum est in τι. 4. ἔφη, μόνω BT: ἔφη, μόνοι μόνω Cobeto auctore Schanz.

tyranni partes egerit. v. Xenoph. Mem. I, 2, 12. A Platone, quocum cognationis vinculo coniunctus fuit, — Perictione enim et Critias tyrannus eodem avo, cui et ipsi erat nomen Critiae, usi sunt — a Platone igitur in pluribus sermonibus vel loquens introducitur, veluti in Charmide, Timaeo et Critia, vel certe commemoratur. Erat enim, ut scribit scholiast. ad Tim. p. 20: γενναῖας καὶ ἀβρᾶς φύσεως, ἡπτετο δὲ καὶ φιλοσόφων συνονοιῶν, καὶ ἐκαλεῖτο ἴδιωτης μὲν ἐν φιλοσόφοις, φιλόσοφος δὲ ἐν ἴδιωταις. Stallb. Conf. Boeckh. De Oecon. Att. I. p. 433—437.

1. προσῆμεν πρὸς τ. Πρ.] Socratem iam superiore tempore in Protagorae notitiam pervenisse ex iis, quae sophista illi in extremo dialogo (p. 361 E) dicit, intelligitur. Apte igitur Hippocratis patrocinium suscipere eumque ad Protagoram adducere potuit.

3. πρὸς σέ τοι ἥλθομεν] Socrates ianitori mandaverat, ut Protagoram se convenire velle nuntiaret. Eo spectat τοι: ad te vero — non ad Calliam — venimus. Particula τοι pronomini cum vi quadam adiuncta est ut Aristoph. Av. v. 275: οὗτος, ὡς σέ τοι. Xenoph. Mem.

I 6, 11: ὡς Σώκρατες, ἐγώ τοι σε δίκαιον μὲν νομίζω. Cyrop. V, 2, 23: ἐγώ τοι, ἔφη, ὡς ἄνδρες φίλοι, οἷμαι. Ibid. VII 5, 53: ἐγώ τοι, ἐχθρές — οὐκ ἂν ἐδυνάμην σοι προσελθεῖν.

4. Πότερον — μόνω βουλόμενοι διατ.] Iam ex his verbis Protagorae magnus rerum humanarum usus elucet; nam quam Socrates et Hippocrates, qui ipsum adire voluerant, in multorum hominum coetum incidissent, ille quidem sensit, permultum eorum interesse posse, ut quae vellent sine arbitris dissererentur. Quoniam autem non cum aliis venerant, voc. μόνοι h. l. non requiritur, in proximis (p. 316 C) Socrates addidit, ut Protagorae arbitrio permitteret, utrum secum solis an coram aliis disputationem instituere vellet.

8. Ἰπποκράτης ὅδε —] Cum his comparari possunt, quae idem in simili causa dixit Euthyd. p. 275 A: ἔστι δὲ οὗτος Ἀξιόχοος μὲν νιός τοῦ Ἀλκιβιάδου τοῦ παλαιοῦ, αὐτανεψιὸς δὲ τοῦ νῦν οὗτος Ἀλκιβιάδου· ὄνομα δὲ αὐτῷ Κλεινίας.

10. τὴν φύσιν δοκεῖ ἐνάμιλλος εἶναι τοῖς ἡλικιοῖς.] videtur indole cum aequalibus suis certare. Stallb.

11. τοῦτο δὲ οἶεται — γενέσθαι

δὲ οἵεται οἱ μάλιστ' ἄν γενέσθαι, εἰ σοὶ συγγένοιτο. ταῦτα  
οὖν ἥδη σὺ σκόπει, πότερον περὶ αὐτῶν μόνος οἴει δεῖν  
διαιλέγεσθαι πρὸς μόνους, ἢ μετ' ἄλλων. Ὁρθῶς, ἔφη,  
προμηθεῖ, ὡς Σώκρατες, ὑπὲρ ἐμοῦ. ξένον γὰρ ἀνδρα  
κατιόντα εἰς πόλεις μεγάλας, καὶ ἐν ταύταις πείθοντα  
τῷν νέων τοὺς βελτίστους ἀπολιπόντας τὰς τῶν ἄλλων  
συνουσίας, καὶ οἰκείων καὶ ὅθνείων, καὶ πρεσβυτέρων  
καὶ νεωτέρων, ἐαυτῷ συνεῖναι ὡς βελτίους ἐσομένους  
διὰ τὴν ἐαυτοῦ συνουσίαν, χρὴ εὐλαβεῖσθαι τὸν ταῦτα  
πράττοντα· οὐ γὰρ σμικρὸν περὶ αὐτὰ φθόνοι τε γύγνον-  
ται καὶ ἄλλαι δυσμένειαι τε καὶ ἐπιβουλαί. ἐγὼ δὲ τὴν  
σοφιστικὴν τέχνην φημὶ μὲν εἶναι παλαιάν, τοὺς δὲ μετα-  
χειριζομένους αὐτὴν τῷν παλαιῶν ἀνδρῶν φοβουμένους

1. μάλιστ' ἄν γενέσθαι: ἀν addendum primus censuit Stephanus, μάλιστα γενέσθαι BT. librorum scripturam Heindorf et Stallbaum defenderunt, simplici aoristo certam adolescentis spem et fiduciam indicari rati. Sed ἀν, quod inter μάλιστ' et γενέσθαι facillime evanescere potuit, opus est. 5. κατιόντα Ast et in margine T: καὶ λόντα BT. 6. ἀπολιπόντας Themist. or. 29 p. 347 B: ἀπολείποντας BT. cf. Apol. p. 19 Ε τούτους (τὸν νέον) πείθοντας τὰς ἐκείνων συνουσίας ἀπολιπόντας σφίσιν συν-  
εῖναι, quae verba referuntur Theag. p. 128 A, sed pro ἀπολι-  
πόντας hic etiam scriptum invenitur ἀπολείποντας. 9. τὸν de-  
lendum censem Cobet.

σθαι: hoc autem putat se maxime posse consequi, si tua utatur disciplina et institutione. Similia habentur p. 353 B: ἢ οἷμαι ἄν ἔγωγε κάλλιστα φανερὸν γενέσθαι, p. 327 B: οἴει ἄν ἀγαθὸν αὐλη-  
τὰς τὸν νίεῖς γέγνεσθαι, v. p. 318 A. 348 D.

2. μόνος οἴει δεῖν διαλ.] Subiecti casus verbo finito per attractionem quandam accommodatus. Debebat enim e vulgari ratione μόνον scribi; de quo loquendi genere diximus ad Criton. p. 50 E. Stallb.

4. ξένον γὰρ ἀνδρα κατιόντα —] peregrinum enim virum, qui in magnas urbes descendit in iisque iuvenum optimos commovet, ut reicta aliorum consuetudine, et affinium et alienorum, et seniorum et iuniorum, ipsius utantur

consuetudine, meliores se per eam evasuros existimantes, oportet sibi cavere ista facientem. Nam haec: τὸν ταῦτα πράττοντα, perspicuitatis causa addita sunt. Stallb.

7. καὶ οἰκείων καὶ ὄθνείων] Infra p. 320 B a Socrate οἰκεῖοι et ἄλλοτροι inter se opponuntur, sed Protagoras h. l. ὄθνείων dixit et propter τὸ ὄμοιοτέλευτον, quam elocutionis figuram omnium maxime sophistae usurpare solebant, et quod haec vox Atheniensium propria esset, v. Bekk. Anecd. Gr. III. p. 1095.

13. φοβούμενονς τὸ ἐπαγ-  
θὲς αὐτῆς] metuentes invidiam inde oriundam. Erat enim ipsa institutionis professio invidiosa. Lach. p. 184 B: ἐπίφθο-  
νος ἢ προσποίησις τῆς τοιαύτης  
ἐπιστήμης.

τὸ ἐπαχθὲς αὐτῆς πρόσχημα ποιεῖσθαι καὶ προκαλύπτεσθαι τὸν μὲν ποίησιν, οἶον Ὁμηρόν τε καὶ Ἡσίοδον καὶ Σιμωνίδην, τὸν δὲ αὖτε τελετάς τε καὶ χρηματίας, τὸν ἀμφὶ τε Ὁρφέα καὶ Μουσαῖον, ἐνίοις δέ τινας ἥσθημαι καὶ γυμναστικήν, οἶον Ἰηκός τε ὁ Ταραντῖνος καὶ ὁ νῦν 5 ἔτι ὃν οὐδενὸς ἥττων σοφιστὴς Ἡρόδικος ὁ Σηλυμβρια-  
E νός, τὸ δὲ ἀρχαῖον Μεγαρεύς. μουσικὴν δὲ Ἀγαθοκλῆς  
τε ὁ ὑμέτερος πρόσχημα ἐποιήσατο, μέγας ὃν σοφιστής,  
καὶ Πυθοκλείδης ὁ Κεῖος καὶ ἄλλοι πολλοί. οὗτοι πάντες,  
ώσπερ λέγω, φιβηθέντες τὸν φθόνον ταῖς τέχναις ταύ- 10  
317 ταις παραπετάσμασιν ἔχρησαντο· ἐγὼ δὲ τούτοις ἅπασι  
κατὰ τοῦτο εἶναι οὐ ξυμφέρομαι· ἥγοῦμαι γὰρ αὐτοὺς

2. οἶον Ὁμηρον—] Quo iure Protagoras hic et poetas et eos omnes, a quibus Graeci politorem humanitatem habebant, sophistas appellaverit, in prolegomenis p. 1 sq. expositum est. Aristophanes (ran. v. 1031) Aeschy-  
lum de his, quos Protagoras affert, poetis sic disputantem facit:

'Ορφεὺς μὲν γὰρ τελετάς θ' ἡμῖν κατέδειξε φόνων τ' ἀπέχεσθαι,  
Μουσαῖος δ' ἔξακέσεις τε νόσων καὶ χρησμούς, Ἡσίοδος δὲ γῆς ἐργασίας, κινητῶν ἀρας, ἀρότους· ὁ δὲ θεῖος Ὅμηρος ἀπὸ τοῦ τιμῆν καὶ κλέος ἔσχεν πλὴν τοῦδε ὅτι χοήστ' ἐδίδαξε, τάξεις, ἀρετάς, οὐκίσεις ἀνδρῶν;

5. οἶον Ἰηκός] Iccus, nobilis athleta, teste Stephano Byz. s. v. Τάρας circa Olymp. 77 (a. 470 a. Chr. n.) floruit. Eius mentionem facit Plato etiam de leg. VIII p. 839 E, ubi v. Ast. Illum Protagoras, quem in Sicilia constat versatum esse (v. Hipp. I. p. 282 D), in eo itinere in ipso Tarento vidiisse (*ἥσθησθαι*) putandus est.

6. Ἡρόδικος ὁ Σηλ.] Herodicus, a Selymbria, Thraciae urbe, ad Propontidem sita, ita dictus, distinguendus ille ab Herodico, Gorgiae fratre (Gorg. p. 448 B), artem gymnasticam cum medica arte copulavisse dicitur. v. d. republ. III p. 406 A. Phaedr. p. 227 extr. Stallb.

7. τὸ δὲ ἀρχαῖον Μεγαρεύς] Megaris natus, sed a Selymbrianis posteaquam in eorum urbem se contulerat, civitate donatus est, conf. de leg. I p. 729 A: προστησώμεθα γοῦν Τύρταιον, τὸν φύσει μὲν Ἀθηναῖον, τῶνδε δὲ (τῶν Λακεδαιμονίων) πολίτην γενόμενον.

'Αγαθοκλῆς τε ὁ ὑμέτερος] Agathocles Lachet. p. 180 D Damonis, musici illius aetatis clarissimi, magister appellatur. Pythocrides Alcibiad. I. p. 118 C Periclis praeceptor fuisse narratur. De utroque exposuit copiosius Groen van Prinsterer Prosopographiae Platon. p. 185 sq.— ὡσπερ λέγω, wie gesagt, v. Phaedon. p. 57 C. Apolog. Soer. p. 21 A. ibique annot. Stallb.

12. κατὰ τοῦτο εἶναι οὐ ξυμφέρομαι] mihi vero cum his omnibus, quantum quidem ad hoc attinet, non convenit. De dictione συμφέρεσθαι τινι, consentire cum aliquo, conf. Herodot. I, 173: ἐν τόδε ἵδιον νενομίασι καὶ οὐδαμοῖσι ἄλλοισι συμφέρονται ἀνθρώποισι. Plat. Tim. p. 25 E. Charmid. p. 164 D. al. Infinitivus εἶναι etsi similiter atque in formula ἐνώπιον εἶναι aliisque additus videtur, tamen vulgaris ratio certe exigebat τὸ κατὰ τοῦτο εἶναι, sed prorsus eodem modo Politic. p. 300 C: εἰς δύναμιν

οὐ τι διαπράξασθαι ὁ ἐβουλήθησαν· οὐ γὰρ λαθεῖν τῶν ἀνθρώπων τοὺς δυναμένους ἐν ταῖς πόλεσι πράττειν, ὡνπερ ἔνεκα ταῦτ' ἐστὶ τὰ προσχήματα, ἐπεὶ οἴ γε πολλοί, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδὲν αἰσθάνονται, ἀλλ' ἄττ' ἀνούστοι διαγγέλλωσι, ταῦτα ὑμνοῦσι. τὸ οὖν ἀποδιδράσκοντα μὴ δύνασθαι ἀποδρᾶνται, ἀλλὰ καταφανῆ εἶναι, πολλὴ μωρία καὶ τοῦ ἐπιχειρήματος, καὶ πολὺ δυσμενε- 13 στέρους παρέχεσθαι ἀνάγκη τοὺς ἀνθρώπους· ἥγοῦνται γὰρ τὸν τοιοῦτον πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ πανοῦργον εἶναι. 10 ἔγὼ οὖν τούτων τὴν ἐναντίαν ἅπασαν ὄδὸν ἐλήλυθαι, καὶ ὁμολογῶ τε σοφιστῆς εἶναι καὶ παιδεύειν ἀνθρώπους, καὶ εὐλάβειαν ταύτην οἷμαι βελτίω ἐκείνης εἶναι, τὸ ὁμολογεῖν μᾶλλον η̄ ἔξαρτον εἶναι· καὶ ἄλλας πρὸς ταύτην

## 5. τὸ ex veterem emendatione, τὸν ΒΤ.

εἶναι. Isaëus or. 2, 32: *κατὰ δύναμιν εἶναι*. Stallb. v. Krüger Gr. 55. 1, 1.

1. οὐ τι διαπράξασθαι—] haud quaqueam perfecisse quod voluisse. Sic οὐ τι saepe apud Platonem legitur, veluti de republ. p. 358 C ἔμοιγε, ὡς Σώκρατες, οὐ τι δοκεῖ οὐτως. Phaedon. p. 81D. Phileb. p. 13C, p. 52 A, Phaedr. p. 242 E al. Stallb.

2. τοὺς δυναμένους, — πράττειν] int. τὰ πολιτικά vel τὰ τῶν πόλεων (πράγματα), ut p. 319 A, sed πράττειν integra sententia abesse posset; nam οἱ δυνάμενοι sunt viri in re publica potentes, τὰ πολιτικὰ δεινοί, et aptius τοῖς πολλοῖς i. e. vulgo s. imperitae multitudini opponuntur, quam oī δυνάμενοι πράττειν. In Gorgia p. 525 E, ubi de tyrannis rerumque civilium administratoribus agitur, dicit Socrates: ἐκ τῶν δυναμένων εἰσὶ καὶ οἱ σφόδρα πονηροὶ γιγνόμενοι ἀνθρώποι.

4. ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδὲν αἰσθ.] propemodum nihil sentiunt. Nam ita hanc formulam apud Platonem usurpari ad Gorg. p. 520B monuimus. — ταῦτα ὑμνοῦσι, ea decantant, ut recte interpretatur Ruhnken. ad Tim. p. 262. Stallb.

5. τὸ οὖν ἀποδιδράσκοντα μὴ δ. ἀπ.] aufugere conantem non posse aufugere, sed deprehendi. De ἀποδιδράσκοντα conatum significante v. ad Menexen. p. 244 E. Dein καὶ ante τοῦ ἐπιχειρήματος est vel, hoc sensu: id vel conari velle stultum est. Itaque τοῦ ἐπιχειρήματος iterat notionem praecedentis ἀποδιδράσκοντα. Stallb. Conf. de rep. VI p 492E: καὶ τὸ ἐπιχειρεῖν πολλὴ ἀνοια.

10. τούτων τὴν ἐναντίαν ἀπασαν ὄδὸν] h. e. τὴν ὄδὸν ἢ ἅπασα ἔστιν ἐναντία τούτων. pro τούτων eadem comparatione quae vocatur compendiaria dici potuit τούτοις. Andocid. or. 1, 5: ἔγὼ πολὺ τὴν ἐναντίαν τούτοις γνώμην ἔχω. Protagoras ipse infra p. 323D τὰ κακὰ καὶ τάνατά τούτοις, sed uno versu interiecto rursus τάνατία τούτων κακὰ, nullo sententiae discrimine, quod Krüger Gr. 48. 13, 4 statuit. — Voc. πᾶς et ἅπας saepe eodem modo optimi scriptores usurpaverunt, ut Xenoph. Anab. I 5, 1: ἦν ηγῆ πεδίον ἅπαν ὄμαλὲς ὡσπερ θάλαττα. Herodot. I 52: ἀνέθηκε σάκος τε χρύσεον πᾶν ὄμοιος καὶ αἰχμὴν στεφεὴν πᾶσαν χρυσέην. Thucyd. VI. 21, 2. VI. 37, 3.

13. καὶ ἄλλας πρὸς ταύτην

ἔσκεμμαι, ὥστε, σὺν θεῷ εἰπεῖν, μηδὲν δεινὸν πάσχειν  
C διὰ τὸ δομολογεῖν σοφιστὴς εἶναι. καίτοι πολλά γε ἔτη  
ἡδη εἴμι ἐν τῇ τέχνῃ· καὶ γὰρ καὶ τὰ ἔνυπαντα πολλά  
μοι ἔστιν· οὐδενὸς δύνατον οὐ πάντων ἀνύπνιαν καθ' ἡλικίαν  
πατήρ εἴην· ὥστε πολύ μοι ἥδιστόν ἔστιν, εἴ τι βούλε-  
σθε, περὶ τούτων ἀπάντων ἐναντίον τῶν ἔνδον ὄντων  
τὸν λόγον ποιεῖσθαι. Καὶ ἐγώ — ὑπώπτευσα γὰρ βούλε-  
σθαι αὐτὸν τῷ τε Προδίκῳ καὶ τῷ Ἰππίᾳ ἐνδείξασθαι  
καὶ καλλωπίσασθαι, ὅτι ἐρασταὶ αὐτοῦ ἀφιγμένοι εἴμεν —

9. εἴμεν: et h. l. et Hipp. I. p. 301 D libri habent εἴημεν,  
sed εἴμεν in B servatum est Theaet. p. 147 A.

ἔσκεμμα] atque alias etiam praeter hanc cautiones  
indagavi.

1. σὺν θεῷ εἰπεῖν] hanc formulam cum modestiae quadam significatione usurpari solitam Henr. Stephanus ad Theaetet. p. 151 B recte interpretatur: quod ita dico, ut in eo opem divinam agnoscam vel, in quo quidem a deo me iuvari negare nolim. Latine dicas: iuvantes. favente deo. Stallb. Protagorae etiam vitae exitu infelici illud Solonis τὸ μηδένα εἶναι τῶν ζωόντων ὄλβιον (Herod. I 86) combrobatum est, multumque cum sophistae verbis discrepat hic Timonis Sillus, quo Protagoras de diis scripsisse dicitur:

πᾶσαν ἔχων φυλακὴν ἐπιεικεῖης·  
τὰ μὲν οὖσι  
χραισμῆσ, ἀλλὰ φυγῆς ἐπεμαί-  
ετο, ὄφρα μὴ οὐτως  
Σωκρατικὸν πίνων ψυχὸν πό-  
τον "Αἰδι δύη.

(v. Sext. Empir. adv. Math. IX 57); periit autem multo ante Socratem et quidem naufragio anno 415 navicula in Siciliam fugiens, cf. proleg. p. 4.

3. καὶ γὰρ καὶ τὰ ἔνυπτ.] etenim multi omnino mihi anni sunt. Eandem sententiam cum vi et gravitate quadam confirmans addit: nemo ex vobis omnibus est, cuius ego

non possim pro aetate pater esse. In his οὐδενός per attractionem quandam casui sequentis pronominis ὁ τον accommodatum est, ut infra p. 323 C: ὡς ἀναγκαῖον οὐδένα ὄντιν οὐχὶ — μετέχειν, et πάντων abundat, ut ap. Demosth. or. 20, 3: οὐ γὰρ ἔστιν ἐφ' ὅτου τοῦτο οὐ πεπόνθατε τῶν πάντων.

4. καθ' ἡλικίαν πατήρ.] Apud Homerum Nestor Diomedis: η μὴν καὶ νέος ἔσσι, ἔμος δέ κε καὶ πάτης εἴης ὄπλότατος γενεῆφι. Quum vero multi Graeci iam duodecim anno completo in matrimonium irent, ex his verbis id unum efficitur, Protagoram minimum viginti annis quum Prodico et Hippiae, tum Socrati aetate praestitisse.

6. ἀπάντων ἐναντίον τῶν ἐνδον ὄντων] coram omnibus, qui intus sunt; non modo coram iis quibuscum hic versor, sed etiam coram Prodico et Hippiae eorumque auditoribus. ἀπάντων, cum vi quadam praemissum, ad proxima τῶν ἐνδον ὄντων pertinet.

8. τῷ Ἰππίᾳ ἐνδείξασθαι] De discrimine verborum ἐπιδείνυνθαι et ἐνδείνυνθαι recte Schol. ad Alcibiad. I. p. 105 B: τὸ ἐνδείξασθαι ἐπὶ τοῦ λογισμοῦ τάττει, τὸ δὲ ἐπιδείξασθαι ἐπὶ τοῦ ἀποτάδην (de eo, quod directe i. e. re ipsa ostenditur). Stallb.

Τί οὖν, ἔφην ἔγώ, οὐ καὶ Πρόδικον καὶ Ἰππίαν ἐκαλέ-  
σαμεν καὶ τοὺς μετ' αὐτῶν, ὅντα ἐπακούσωσιν ἡμῖν; Πάντα  
μὲν οὖν, ἔφη ὁ Πρωταγόρας. Βούλεσθε οὖν,  
ὅτι Καλλίας ἔφη, συνέδριον κατασκευάσωμεν, ὅντα καθεξό-  
5 μενοι διαλέγησθε; Ἐδόκει χρῆναι. ἀδμενοι δὲ πάντες  
ἡμεῖς, ὡς ἀκουσόμενοι ἀνδρῶν σοφῶν, καὶ αὐτοὶ ἀντι-  
λαβόμενοι τῶν βάθρων καὶ τῶν κλινῶν κατεσκευάζομεν  
παρὰ τῷ Ἰππίᾳ· ἐκεῖ γὰρ προϋπῆρχε τὰ βάθρα· ἐν δὲ  
τούτῳ Καλλίας τε καὶ Ἀλκιβιάδης ἡκέτην ἄγοντε τὸν Ε  
10 Πρόδικον, ἀναστήσαντες ἐκ τῆς κλίνης, καὶ τοὺς μετὰ  
τοῦ Προδίκου.

Cap. IX. Ἐπεὶ δὲ πάντες συνεκαθεξόμενα, ὁ Πρω-

4. καθεξόμενοι T: καθίζόμενοι B, quam scripturam am-  
plexi sunt recent. editores omnes, sed cum Veneto congruit se-  
quens συνεκαθεξόμενα et Phaed. p. 61 C: (ὁ Σωράτης ἀνακαθ-  
ιζόμενος εἰς τὴν κλίνην) καθῆκε τὰ σκέλη ἐπὶ τὴν γῆν καὶ  
καθεξόμενος οὗτος ἥδη τὰ λοιπὰ διελέγετο, atque Plato, si non  
additur, quo quis sessum eat vel ubi sedeat, καθίζεσθαι, non  
καθίζεσθαι scripsisse videtur. 5. ἀσμενοι: cum spiritu leni BT,  
sed veram formam B servavit Gorg. p. 486 D eamque indicat  
corruptio librorum Politic. p. 293 E ἀσμένως pro ἀσ μὲν ὡς prae-  
bentium. 6. αὐτοὶ: in BT additur τε, quod ex praecedenti  
syllaba τοι ortum et olim iam electum. 8. παρὰ τῷ B: παρὰ  
τὸν T. 9. Καλλίας BT: Κριτίας Hermann, sed hospitis erat Pro-  
dicum, ut accederet, invitare. 10. ἀναστήσαντε coni. Heindorf,  
sed cf. Euthyd. p. 273 D, Gorg. p. 481 D, Phaedr. p. 278 B.

1. Τί οὖν, ἔφην ἔγώ, οὐ κ.] Pronomen ἔγώ propter longior-  
rem verborum intercapelinem  
repetitum.

4. ὁ Καλλίας ἔφη] Contra  
vulgarem loquendi usum Calliae  
nomen nunc praepositum est,  
cuius sententia ut hospitis om-  
nium esset gravissima.

5. Ἐδόκει χρῆναι] Frequens  
est hoc in narratione asyndeton,  
ut infra p. 338 E: ἐδόκει πᾶσιν  
οὗτοι ποιητέον εἶναι. Xenoph.  
Anab. I. 3, 20. V. 1. 8. al.

6. καὶ αὐτοὶ] Non exspecta-  
bamus, ut servi subsellia lectos-  
que componerent. — Ad κατα-  
σκευάζομεν liquet e superioribus  
repeti oportere συνέδριον.

9. ἄγοντε τὸν Πρόδικον]  
Homo mollis et delicatus, qui  
ad multum diem cubuerat, tan-  
dem e lecto excitatus adduci-

tur. v. p. 315 A: οὖς ἄγει ὁ  
Πρωταγόρας. Sunt qui his ver-  
bis Prodigii aegram valetudinem  
describi existiment, sed homini  
e dolore laboranti in lectulo me-  
lius, quam in tali consessu pro-  
spectum fuisse, et Socrates sum-  
mae esset inhumanitatis incu-  
sandus, si Prodigium aegrotum  
ea qua fecit ratione tractasset,  
v. p. 341 sq. et proleg. p. 7 sq.

11. συνεκαθεξόμενα] hic  
omnes praeter Hippiam, qui qui-  
dem in solio mansit, in lectis  
et subsellis conserderunt, at in  
sellis sedentes de re publica ser-  
mones habent qui ad Polemar-  
chum vel in Cephali domum in  
Piraeo sitam convenerant, v. de  
rep. 328 C: καθῆστο.. ἐπὶ τινος  
προσκεφαλαῖον τε καὶ δίφρον..  
ἐν τῇ αὐλῇ· ἐκαθεξόμενα οὖν  
παρ' αὐτόν. ἔκειντο γὰρ δίφροι  
τινὲς αὐτόθι κύκλῳ.

ταγόρας, Νῦν δὴ ἂν, ἔφη, λέγοις, ὡς Σώκρατες, ἐπειδὴ καὶ οἵδε πάρεισι, περὶ ὃν δὲ τοῦ πρότερον μνείαν ἐποιοῦ πρὸς ἐμὲ ὑπὲρ τοῦ νεανίσκου. Καὶ ἐγὼ εἶπον ὅτι Ἡ αὐτή μοι ἀρχή ἐστιν, ὡς Πρωταγόρας, ἥπερ ἄρτι, περὶ ὃν ἀφικόμην. Ἰπποκράτης γὰρ ὅδε τυγχάνει ἐν ἐπιθυμίᾳ<sup>5</sup> ὃν τῆς σῆς συνουσίας ὁ τι οὖν αὐτῷ ἀποβήσεται, ἐάν σοι συνῇ, ἥδεως ἂν φησι πυθέσθαι. τοσοῦτος ὁ γε ἥμετερος λόγος. Τπολαβὼν οὖν ὁ Πρωταγόρας εἶπεν· Ὡς νεανίσκε, ἐσται τοίνυν σοι, ἐὰν ἐμοὶ συνῇς, ἥ ἂν ἥμέρα ἐμοὶ συγγένῃ, ἀπιέναι οἰκαδε βελτίουν γεγονότι, καὶ<sup>10</sup> ἐν τῇ ὑστεραίᾳ ταῦτα ταῦτα, καὶ ἐκάστης ἥμέρας ἀεὶ ἐπὶ Β τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι. Καὶ ἐγὼ ἀκούσας εἶπον· Ὡς Πρωταγόρας, τοῦτο μὲν οὐδὲν θαυμαστὸν λέγεις, ἀλλὰ εἰκός, ἐπεὶ καν σύ, καίπερ τηλικοῦτος ὃν καὶ οὔτω σοφός, εἴ τις σε διδάξειεν ὁ μὴ τυγχάνεις ἐπιστάμενος, βελτίων<sup>15</sup> ἂν γένοιο. ἀλλὰ μὴ οὔτως, ἀλλ' ὡσπερ ἂν εἰ αὐτίκα μάλα μεταβαλὼν τὴν ἐπιθυμίαν Ἰπποκράτης ὅδε ἐπιθυμήσειε τῆς συνουσίας τούτου τοῦ νεανίσκου τοῦ νῦν νεωστὶ ἐπιδημοῦντος, Ζευξίππου τοῦ Ἡρακλεώτου, καὶ

11. ἐν τῇ ὑστεραίᾳ BT: ἐν pro insitio habent Hirschig et Schanz, sed si quis hic Platonis orationi addidisset, ἥμέρα quoque in versu proximo apposuisset. Et Protagoras alibi etiam, ut p. 322 D et p. 324 A sq. constructionis varietatem affectat.

14. οὔτω T: οὐτως B. 15. τυγχάνεις BT: Bekker scripsit τυγχάνοις.

1. *Nῦν δὴ ἂν, ἔφη, λέγοις, ὡς Σώκρατες, ἐπειδὴ καὶ οἵδε πάρεισι, περὶ ὃν δὲ τοῦ πρότερον μνείαν ἐποιοῦ πρὸς ἐμὲ ὑπὲρ τοῦ νεανίσκου.*

6. ὁ τι οὖν αὐτῷ ἀποβήσεται] quid ipsi eventurum sit, si tua utatur consuetudine ac disciplina. Stallb.

11. ἐν τῇ ὑστεραίᾳ ταῦτα ταῦτα] H. e. pariter, itidem. τῇ ὑστεραίᾳ Plato nusquam ἥμέρα addidit, τῇ προτεραιᾳ semel Phaedon. p. 59 D. Simplici dativo et statim post praepositione ἐν eodem modo usus est Thucyd. I 44: τῇ μὲν προτέρᾳ.. ἐν δὲ τῇ ὑστεραίᾳ.

14. καίπερ τηλικοῦτος ὃν] tam grandis aetate v. p. 317 C. Deinde ὁ μὴ τυγχάνοις ne cum Bekkero in ὁ μὴ τυγχάνοις mutes, indicativus

orationi obliquae interpositus non infrequens, ut p. 320 D et Gorg. p. 464 D et sententiae h. l. aptior, quod omnia nemo scire potest.

15. βελτίων ἂν γένοιο] Euthyd. p. 292 B: ἀγαθὸν ὀμολογησαμεν ἀλλήλοις ἐγώ τε καὶ Κλεινίας οὐδὲν εἶναι ἄλλο ἥ ἐπιστήμην τινά.

16. ἀλλὰ μὴ οὔτως] int. ἀποκρίνον, sed noli mihi sic respondere. Dictio elliptica ut infra p. 331 C: μὴ μοι, ἥν δ' ἐγώ· οὐδὲν γὰρ δέουμαι, sed talia non certa lege constituuntur. Aristoph. ran. 16 μὴ νῦν ποιήσης, vesp. 1418 μὴ, μὴ καλέσης πρὸς Θεῶν; eccles. 1064 καταστήσω. Μή μοι καθίστη.

19. Ζευξίππου τοῦ Ἡρακλεώτου pictor hoc

ἀφικόμενος παρ' αὐτόν, ὥσπερ παρὰ σὲ νῦν, ἀκούσειεν αὐτοῦ ταῦτα ταῦτα, ἅπερ σοῦ, ὅτι ἐκάστης ἡμέρας ξυνῶν αὐτῷ βελτίων ἔσται καὶ ἐπιδώσει, εἰ αὐτὸν ἐπανέρθοιτο· Τί δὴ φῆς βελτίω ἔσεσθαι καὶ εἰς τί ἐπιδώσειν; εἴποι 5 ἂν αὐτῷ ὁ Ζεύξιππος, ὅτι πρὸς γραφικήν· καὶ εἰ Ὁρθαγόρᾳ τῷ Θηβαίῳ συγγενόμενος, ἀκούσας ἐκείνου ταῦτα ταῦτα, ἅπερ σοῦ, ἐπανέρθοιτο αὐτόν, εἰς ὅ τι βελτίων καθ' ἡμέραν ἔσται συγγιγνόμενος ἐκείνῳ, εἴποι ἄν, ὅτι εἰς αὖλησιν· οὕτω δὴ καὶ σὺ εἰπὲ τῷ νεανίσκῳ καὶ 10 ἐμοὶ ὑπὲρ τούτου ἐρωτῶντι, Ἰπποκράτης ὅδε Προταγόρᾳ Δ συγγενόμενος, ἢ ἂν αὐτῷ ἡμέρᾳ συγγένηται, βελτίων ἀπεισι γενόμενος καὶ τῶν ἄλλων ἡμερῶν ἐκάστης οὗτως ἐπιδώσει εἰς τί, ὡς Πρωταγόρᾳ, καὶ περὶ τοῦ; Καὶ ὁ Πρωταγόρας ἐμοῦ ταῦτα ἀκούσας, Σύ τε καλῶς ἐρωτᾶς, 15 ἔφη, ὡς Σώκρατες, καὶ ἐγὼ τοῖς καλῶς ἐρωτᾶσι χαίρω ἀποκρινόμενος. Ἰπποκράτης γὰρ παρ' ἐμὲ ἀφικόμενος

13. ἐπιδώσει a prima manu habet Angelicus, quem Bekker vocavit  $\omega$ , sed hunc librum in bibliotheca Angelica non iam inveniri dixit Schanz (Gesch. d. plat. Textes p. 8): ἐπιδώσοι BT.

uno loco memoratur, nisi forte Socrates apud Xenophontem (symp. IV 63) eundem intellexit, quem simpliciter τὸν Ἡρακλεώτην ξένον nominavit. Id vero minus est credibile, Zeuxin, pictorem celeberrimum, a Socrate vocatum esse Zeuxippum, quae Corais est suspicio ad Plutarch. Pericl. c. 13, cui assentitur Brunn Histor. Graecor. Artific. II, 77. — Ceterum pingendi arti illo tempore non pauci studuerunt, v. Aristot. Polit. VIII. 2: ξέστι δὲ τέτταρα σχεδὸν ἀ παιδεύειν εἰώθασι, γράμματα καὶ γυμναστικὴν καὶ μουσικὴν, καὶ τέταρτον ξνιοι γραφικὴν, et paulo inferius, δοκεῖ δὲ καὶ γραφικὴ χερσίμος εἶναι πρὸς τὸ κοίνειν τὰ τῶν τεχνιτῶν ἔργα καλλιον.

6. Ὁρθαγόρᾳ τῷ Θηβαίῳ] Non dubium videtur, quin idem sit Orthagoras tibicen, cui Epanimonidas operam dedisse dicitur ap. Athen. p. 184 D. Fuit autem Thebis ars tibiis canendi in summo honore, indeque ad Alcibiadis

aetatem multi eius artis magistri Athenas arcessiti sunt. Alcibiades autem, ut ait Aul. Gellius N. A. 15, 17, quum apud avunculum Periclem puer artibus ac disciplinis liberalibus erudiretur et arcessi Pericles Antigenidam tibicinem iussisset, ut eum canere tibiis doceret, traditas sibi tibias quum ad os adhibuisset inflassetque, pudefactus oris deformitate abiecit infregitque, quum Plutarcho teste (Alcib. c. II) diceret: Αὐλείτωσαν οὖν Θηβαίων παιδεῖς· οὐ γάρ ἵσασι διαλέγεσθαι πτέ. Inde haec disciplina ab Atheniensibus reprobata est, v. Aristot. Polit. VIII 6: καὶ καλῶς ἀπεδοκίμασαν αὐτοῦ (τοῦ ἀντοῦ) οἱ πρότερον τὴν χρῆσιν ἐκ τῶν νέων καὶ τῶν ἐλευθερῶν, καίπερ χρησάμενοι τὸ πρώτον αὐτῷ. Idem de tibiae usu iudicavit Plato de rep. III p. 399 C et ini quis etiam μνῳ ante Pythagoras teste Aristid. Quint. de Mus. II p. 110.

10. Πρωταγόρᾳ συγγ.] gravius hoc quam τοι συγγ.

οὐ πείσεται ἄπερ ἀν ἔπαθεν ἄλλῳ τῷ συγγενόμενος τῶν  
Εσοφιστῶν. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι λωβῶνται τοὺς νέους· τὰς  
γάρ τέχνας αὐτοὺς πεφευγότας ἀκοντας πάλιν αὖ ἄγοντες  
ἔμβάλλουσιν εἰς τέχνας, λογισμούς τε καὶ ἀστρονομίαν  
καὶ γεωμετρίαν καὶ μουσικὴν διδάσκοντες — καὶ ἅμα 5  
εἰς τὸν Ἰππίαν ἀπέβλεψε — παρὰ δ' ἐμὲ ἀφικόμενος  
μαθῆσεται οὐ περὶ ἄλλου τοῦ ἂν περὶ οὗ ἡκει. τὸ δὲ  
μάθημά ἐστιν εὐβούλια περὶ τε τῶν οἰκείων, ὅπως ἀν  
ἄριστα τὴν αὐτοῦ οἰκίαν διοικοῖ, καὶ περὶ τῶν τῆς πόλεως,  
ὅπως τὰ τῆς πόλεως δυνατώτατος ἀν εἴη καὶ πράττειν<sup>10</sup>  
319 καὶ λέγειν. Ἄρο', ἔφην ἐγώ, ἔπομαί σου τῷ λόγῳ; δοκεῖς  
γάρ μοι λέγειν τὴν πολιτικὴν τέχνην καὶ ὑπισχνεῖσθαι  
ποιεῖν ἄνδρας ἀγαθοὺς πολίτας. Αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτό<sup>15</sup>  
ἐστιν, ἔφη, ὁ Σώκρατες, τὸ ἐπάγγελμα, ὃ ἐπαγγέλλομαι.

Cap. X. Ἡ καλόν, ἦν δ' ἐγώ, τέχνημα ἄρα οὐκτησαι,<sup>15</sup>  
εἶπερ οὐκτησαι· οὐ γάρ τι ἄλλο πρός γε σὲ εἰρήσεται

16. εἶπερ οὐκτησαι ΒΤ: εἶπερ ἔκτησαι Schanz, vid. ad p. 340 D.

3. ἀκοντας πάλιν αὖ ἄγοντες ἐμβ. εἰς τ.] invitatos rursum retrahentes in atrium quasi gyrum coniiciunt et ad eas tractandas compellunt. Carpitur Hippias, qui etiam Hipp. Maior. p. 285 C dicitur ἀκοιβέστατα ἐπίστασθαι ἀνθρώπων διαιρεῖν περὶ τε γραμμάτων δυνάμεως καὶ συλλαβῶν καὶ ἀρμονιῶν καὶ ἐνθυμῶν: atque astronomiam et geometriam magno cum studio coluit. v. supra p. 315 C. — πάλιν αὖ dictum ἐξ παραλλήλου, nt ap. Aristoph. Plut. v. 622. v. 860. al. Simili ubertate Latini retro referri, rursus reverti, rursus reserare, alia dixerunt. Stallb. Protagoras de his ipsis artibus disputaverat in libro περὶ τεχνῶν, quo docuerat ex earum studio idoneum fructum percipi non posse. v. Sophist. p. 232 D. Aristot. Metaphys. II 2 extr.

6. εἰς τὸν Ἰππίαν ἀπέβλεψε] vultum ad Hippiam avertit, int. a nobis. Aristides, qui ex memoria hunc locum attulit p. 548 (vol. II p. 433 Dind.): ὁ Πρωταγόρας εἰς τὸν Ἰππίαν

παραβλέπει. Videturigitur apud Platonem legisse ὑπέβλεψε, 'limes oculis Hippiam adspexit', quod Protagora parum est dignum, v. p. 361 E.

8. ὄπω's ἀν — διοικοῦ] qua ratione optime possit suam ipsius domum administrare. Lysid. p. 207 E: προμηθοῦνται, ὅπως ἀν εὐδαιμονίης. Xenoph. Cyrop. I 2, 6: ἐπιμέλονται, ὡς ἀν βέλτιστοι εἰεν οἱ πολίται. Ibid. II, 1, 4: βούλευμάθε, οπως ἀν ἄριστα ἀγανιζούμεθα. Ceterum de hac sophistarum in primisque Protagorae professione v. Men. p. 91 A sqq. Hipp. Maj. p. 296 A. Euhydem. p. 273 D. al. Stallb.

13. ποιεῖν ἀνδρας ἀγαθοὺς πολίτας] De horum verborum ambiguitate v. proleg. p. 24. Quid omni eruditioṇi propositum esse debeat, Plato de leg. p. 643 E his verbis significat: τὴν πρόσος ἀρετὴν ἐν παιδῶν παιδείαν ποιοῦσαν ἐπιθυμητήν τε καὶ ἐραστὴν τοῦ πολίτην γενέσθαι τέλεον, ἀρχεῖν τε καὶ ἀρχεσθαι ἐπιστάμενον μετὰ δικης . . μόνην παιδείαν προσαγορεύω.

ἥ τε ξημία θάνατος — καὶ πρὸς τῷ θαν.] Vocula τε apertius collocata esset post θάνατος, sed ista ἡ ξημία θάνατος, si sensum spectas, unam sane notionem efficiunt. Quamobrem τε primo adhaerescit vocabulo. Ceterum mirandum non est, quod in hac similibusque locutionibus v. ξημία articulum praefixum habet. Significatur enim poena legibus constituta. Demosth. or. 19, 127: τῶν τοιούτων ὁ νόμος θάνατον τῇν ξημίαν εἶναι κελεύει. Ibid. § 331: ὃς θάνατον κελεύει τούτων τῇν ξημίαν εἶναι. Ibid. § 286. al. Stallb.

3. καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν συλλήβδην —] 'et, ut uno

verbo comprehendam, domorum eversiones'; ut Antiphontis domus eversa totumque genus infamatum est, v. de decem orat. I p. 834. Non igitur Protagoras h. l. verbis ὡς (ἔπος) εἰπεῖν, de quibus v. p. 317 A, vim vocis ἀνατροπαί ut veritatem excedentis lenit, cf. de leg. p. 728 A: πᾶς γὰρ ὅ τ' ἐπὶ γῆς καὶ ὑπὸ γῆς χρυσὸς ἀρετῆς οὐκ ἀντάξιος. ὡς δὲ εἰπεῖν συλλήβδην, ὃς ἀπερ ἀν νομοθέτης . . ταττη ; . μη ἐθέλη ἐπιτηδεύειν . . οὐκ οἰδε . . ψυχὴν πανοσχημονέστατα διατιθεῖς.

4. ταῦτα δ' ἄρα οὐ διδ.] Prorsus eodem modo post ἄρα infertur δ' ἄρα Criton. p. 50 E: ἢ πρὸς μὲν ἄρα σοι τὸν πατέρα οὐκ ἔξ ἵσου ἦν τὸ δίναιον — πρὸς δὲ τὴν πατρίδα ἄρα καὶ τὸν νόμους ἔξεσται σοι; de republ. X p. 600 D: ἀλλὰ Πρωταγόρας μὲν ἄρα . . καὶ Πρόδικος . . φιλοῦνται, "Ομηρον δ' ἄρα . . φαψωδεῖν ἀν . . εἴων; Usurpatur haec ratio cum vi quadam et gravitate in conclusione a minore ad maius, quam dialectici vocant, quum id, quod secundo loco commemoratur, propter rei antea memoratae condicionem absurdum et ineptum videri significatur. Similia notavimus ad apolog. Socr. p. 34 C. De repetito δέ v. Buttmann. ad Demosth. Midian. p. 155. Stallb.

6. *Oλεσθαί γε χοή]* Saepe Plato hac formula usus est, ut Phaedon. p. 68 B. Criton. p. 53 C. 54 B.

Cap. XV. Έκ παιδων σμικρῶν ἀρξάμενοι μέχρι οὐ-  
περ ἄν ξῶσι καὶ διδάσκουσι καὶ νουθετοῦσιν. ἐπειδὴν  
θᾶττον συμῆ τις τὰ λεγόμενα, καὶ τροφὸς καὶ μήτηρ  
καὶ παιδαγωγὸς καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ περὶ τούτου διαμά-  
χονται, ὅπως ὡς βέλτιστος ἔσται ὁ παῖς, παρ' ἑκαστον D  
καὶ ἔργον καὶ λόγον διδάσκουτες καὶ ἐνδεικνύμενοι, ὅτι  
τόδε μὲν δίκαιον, τόδε δὲ ἄδικον, καὶ τόδε μὲν καλόν,  
τόδε δὲ αἰσχρόν, καὶ τόδε μὲν ὄσιον, τόδε δὲ ἀνόσιον,  
καὶ τὰ μὲν ποίει, τὰ δὲ μὴ ποίει. καὶ ἐὰν μὲν ἐκὼν  
πειθῆται· εἰ δὲ μή, ὥσπερ ξύλον διαστρεφόμενον καὶ  
καμπτόμενον εὑθύνουσιν ἀπειλαῖς καὶ πληγαῖς. Μετὰ

3. συνιῆ: in T est συνίη et B accentum omisit. 5. ὅπως  
ώς: intercidit ὡς in B et T propter ultimam syllabam proximae  
particulae ὅπως, sed ut reducatur, mihi et educationis natura et  
huius disputationis ratio olim iam videbatur postulare. 7. τόδε  
μὲν δίκαιον, τόδε δὲ scripsi: τὸ μὲν δίκαιον, τὸ δὲ BT.  
9. τὰ μὲν — τὰ δὲ B: τάδε μὲν — τάδε δὲ T.

Cap. XV. Est hoc caput admodum notabile, quippe ex quo puerorum educatio et institutio, quae apud Athenienses illa aetate vigebat, optime cognosci possit. Conf. Becker Charicl. Hermann Griech. Antiquit. III 34. L. Grasserger Erziehung u. Unterricht im class. Altertum.

1. *Ἐν παιδῶν σμικρῶν—*] Protagoras ipse dicere solebat: φύσεως καὶ ἀσκήσεως διδασκαλία δεῖται, καὶ ἀπὸ νεότητος δὲ ἀρξαμένους δεῖ μανθάνειν. Cramer Anecd. Par. I p. 171.

μέχρι οὐ περ ἄν ξῶσι] int. οἱ ἀγαθοὶ ἀνδρες. De rep. 471B: μέχρι τούτου ποιήσονται τὴν διαφοράν, μέχρι οὐ ἄν οἱ οἴτιοι ἀναγκασθῶσι . . δοῦναι δίκην. De re optime Plato ipse de leg. p. 729 C: παιδεία νέων διαφέρουσα ἔστιν οὐ τὸ νουθετεῖν, ἀλλ᾽ ἀπερ ἄν ἄλλον νουθετῶν εἶποι τις, φαίνεσθαι ταῦτα αὐτὸν δρῶντα διὰ βίου.

2. ἐπειδὴν θᾶττον—] Imitatus est hunc locum conscriptor libri de rep. Lacedaemon. II 1: ἐπειδὴν ταχισταὶ οἱ παιδεῖς τὰ λεγόμενα ξυνιῶσιν, εὐθὺς μὲν ἐπ' αὐτοῖς παιδαγωγοὺς θεράποντας ἐφιστᾶσιν, εὐθὺς δὲ

πέμπονται εἰς διδασκάλων μαθησομένους καὶ γράμματα καὶ μουσικὴν καὶ τὰ ἐν παλαιστρᾳ.

5. ὅπως ὡς βέλτιστος —] Opus est ως, quod in filiis educandis nemo sanus eo spectat, ut omnes alios virtute superent, quae res apud veteres, ut Aristides sensit, ne periculo quidem vacua erat, sed ut quam optimi fiant et quantum per eorum indolem licet, virtute ornentur. Vel Persarum rex eunuchos quibus corpus filii ab ortu recentis curandum tradebat, iussit μηχανᾶσθαι, ὅπως ὅτι καλλιστος ἔσται (Alcib. I p. 121 D); Conf. Euripid. Med. v. 289: χρὴ δ', οὐποθ', οἵτις ἀρτίφρων πέφυκε ἀνήρ Παιδας περισσῶς ἐκδιδάσκεσθαι σοφούς.

9. τὰ μὲν ποίει] int. τὰ δίκαια καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ ὄσια.

ἐὰν μὲν ἐνών πειθαται] De hac figura Attica vid. ad p. 311 D notata, sed h. l. alia ellipsis ratio et cogitatione addendum est vel ἀρκεῖ vel εὐ ἔχει vel τοῦτο ἀριστον, quibus posteriores Graeci tales apodosin exprimere solent.

11. Μετὰ δὲ ταῦτα εἰς διδ. πέμπ.] Omnis liberorum

δὲ ταῦτα εἰς διδασκάλων πέμποντες πολὺ μᾶλλον ἐντέλλονται ἐπιμελεῖσθαι εὐκοσμίας τῶν παιδῶν ἢ γραμμάτων τε καὶ κιθαρίσεως. οἱ δὲ διδάσκαλοι τούτων τε ἐπιμελοῦνται, καὶ ἐπειδὴν αὖ γράμματα μάθωσι καὶ μέλλωσι συνήσειν τὰ γεγραμμένα, ὥσπερ τότε τὴν φωνὴν, παρατιθέασιν αὐτοῖς ἐπὶ τῶν βάθρων ἀναγιγνώσκειν ποιη-

institutio quum in arbitrio parentum posita esset, ut nec quando pueri nec cui in disciplinam tradendi essent, publice praescriberetur, conjectura id perspici potest, quod Protagoras ipse paulo post dicit, puerum alium alio aetatis anno scholam frequentare coepisse; p. 326 C: οἱ τούτων νέες πρωιαίτατα εἰς διδασκάλων τῆς ἡλικίας ἀρξάμενοι φοιτᾶν ὄφιαίτατα ἀπαλλάττονται. Sed quanto aetatis anno rectissime id fieret, de ea re iam inter veteres magna erat dissensio. Plerique viri docti pueros septem annis minores litteris instituendos non putaverunt, quia illa demum aetas et intellectum disciplinarum capere et laborem pati posset, v. Quintil. Inst. Orat. I 1, 15. Platonis vero ne ea quidem aetas animi excolendi studio matura visa est; quin ille pueros ad decimum usque aetatis annum ad corporis tantum exercitaciones artesque incumbere voluit, ut decennales demum in scribendo et legendo exercerentur, v. de leg. p. 809 E. — Publica cura eo tantum spectavit, ne quid in scholis contra honestatem fieret, v. Aeschin. or. 1, 9 sqq. Plat. de leg. p. 804 E. Xenoph. Cyrop. I. 2, 2. al.

4. ἐπειδὴν γράμματα μάθωσι] int. γράψαι τε καὶ ἀναγνῶνται (de leg. p. 810 B). Solo ap. Lucian. Anach. 21: γράμματα γράψασθαι καὶ τορῶς αὐτὰ ἐπιλέξασθαι διδάσκουμεν. — ὥσπερ τότε, quemadmodum antea, v. Phaedr. p. 271 E. Gorg. p. 488 C. al.

6. παρατιθέασιν] grammaticae sua poetarum exemplaria proponunt ab iisque etiam e scholis egressi, si quando evolvere

cupiebant, expetiverunt, cf. Xenoph. symp. IV 27: αὐτὸν δὲ σὲ ἔγῳ εἶδον (ὡς Σώκρατες, καὶ τὸν Κριτόβουλον), ὅτε παρὰ τῷ γραμματιστῇ ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ ἀμφότεροι ἐμαστεύετε τι. vid. infra annot. ad ποιητ. ἀγ. ποιήματα.

ἐπὶ τῶν βάθρων] βάθος sunt subsellia scholastica, v. ad p. 315 C. Commentarii instar est locus legg. p. 810 E: λέγω μὲν, ὅτι ποιηταὶ τε ἡμῖν εἰσὶ τινες ἐπῶν ἔξαμετρων πάμπολλοι καὶ τριμέτρων καὶ πάντων δὴ τῶν λεγομένων μέτρων, οἱ μὲν ἐπὶ σπουδὴν, οἱ δὲ ἐπὶ γέλωτα ὠδημητότες, ἐν οἷς φασὶ δεῖν — τοὺς ὄρθως παιδευομένους τῶν νέων τρέφειν καὶ διακορεῖς ποιεῖν, πολυηκόντας τὸν ταῖς ἀναγνώσεσι ποιοῦντας καὶ πολυμαθεῖς, ὅλους ποιητὰς ἐκμανθάνοντας· οἱ δὲ ἐκ πάντων κεφάλαια ἐκλέξαντες καὶ τινας ὅλας ὅγεις εἰς ταῦτα ἔνναγαγόντες ἐκμανθάνειν φασὶ δεῖν εἰς μνήμην τιθεμένους, εἰ μέλλει τις ἀγαθὸς ἡμῖν καὶ σοφὸς ἐκ πολυπειρίας καὶ πολυμαθίας γενέσθαι. Stallb. Hac ratione capita carminum electa componendi inter alia orta sunt τὰ χειροῦ ἔπη, quae Pythagorae nomine feruntur et diu etiam in Christianorum scholis usurpata sunt, versus septuaginta unus, quibus praecipua hominis officia praeciipiuntur. De iis memorat Galenus (X 30): ἔγῳ δῆποτε καὶ ταύτας δὴ τὰς φερομένας ὡς Πνημαγόρου παραπέσεις εἴδισα δἰς τῆς ἡμέρας ἀναγιγνώσκειν μὲν τὰ πρῶτα, λέγειν δ' ἀπὸ στόματος ὕστερον.

6. ποιητῶν ἀγαθῶν ποιήματα] Phaedr. p. 278 C: Όμήρως καὶ εἴ τις ἄλλος αὖ ποίησιν ψιλὴν συντέθειν. Grammaticae enim carmina musicis mo-

τῶν ἀγαθῶν ποιήματα καὶ ἐκμανθάνειν ἀναγκάζονται, ἐν οἷς πολλαὶ μὲν νουθετήσεις ἔνεισι, πολλαὶ δὲ δι- 326 ἔξοδοι καὶ ἐπαινοὶ καὶ ἐγκώμια παλαιῶν ἀνδρῶν ἀγαθῶν, ἵνα ὁ παῖς ξηλῶν μιμῆται καὶ δρέγηται τοιοῦτος γενέσθαι. οὗτος τὸν ποιητὴν σωφροσύνης τε ἐπιμελοῦνται καὶ ὅπως ἀν οἱ νέοι μηδὲν κακουργῶσι. πρὸς δὲ τούτοις, ἐπειδὴν πιθαρίζειν μάθωσιν, ἄλλων αὖτις ποιητῶν ἀγαθῶν ποιήματα διδάσκουνται, μελο-

B ποιῶν, εἰς τὰ πιθαρίσματα ἐντείνοντες, καὶ τὸν διηγμούς

8. μελοποιῶν damnat Cobet, meo quidem iudicio sine iusta causa.

dis parentia tradiderunt, quibus in proximis lyrice opponuntur; v. de leg. p. 810 B, ac plerique, ut par erat, Homeri maxime carmina tractabant, etsi erant qui illa ut nimis prisca fastidirent. Plutarch. Alcib. VII: ἐπέστη (Ἀλκιβιάδης) γραμματοδιδασκάλῳ παῖ βιβλίον ἥτησεν Ὁμηριόν· εἰπόντος δὲ τοῦ διδασκάλου μηδὲν ἔχειν Ὁμηρον, πονδύλῳ παθικόμενος αὐτοῦ, παρηλθεν. Ἐτέρον δὲ, φῆσαντος ἔχειν Ὁμηρον ὑφ αὐτοῦ διωρθωμένον. Εἶτα, ἔφη, γράμματα διδάσκεις . . παὶ οὐχὶ τὸν νέον παιδεύεις; Praeter Homerum Hesiodus et Theognis in scholis usui erant, de illo v. Aeschin. or. 3, 73, de hoc Welcker Theogn. p. 72. Isocrat. 2, 43.

1. ἐκμανθάνειν] int. in scholis ipsis. Ratio qua in hac re usi sunt grammaticae memoratur Euthyd. p. 276 C: τί δέ, ὡς Κλεινία, δόποτε ἀποστοματίζοις ὑπὸν ὁ γραμματίστης, πότεροι εμάνθανον τῶν παιδῶν τὰ ἀποστοματιζόμενα, οἱ σοφοὶ η οἱ ἀμάθεις;

2. πολλαὶ δὲ διέξοδοι —] Διεξελθεῖν τῷ λόγῳ est oratione persequi, quod saepius numero copiosae narrationis habet significationem. Itaque diéξοδοι sunt narrationes de virtutibus laudibusque virorum clarorum et illustrium. Stallb.

5. οὗτος πιθαρίζειν —] De citharistarum munere et of-

ficio deque musica ab ingenuis adolescentibus mature discenda et exercenda v. legg. p. 812 A. sqq. de republ. III p. 398 sqq. Aristotel. polit. VIII 5. Aristoph. nub. v. 966: εἰτούς αὖτις (οὗτος πιθαρίζειν) προμαθεῖν αὐτούς, ζεῖδιδασκεν τῷ μηδὲν μὴ ξυνέχοντας, Ἡ Παλλαδα περισσέ πολιν δεινάν, ἦτα Τηλέπορον τι βόαμά, Ἐντειναμένους τὴν ἀρμονίαν, ην οἱ πατέρες παρέδωκαν. Stallb. Plato pueros tredecim annos natos ad musicam accedere et per tres deinceps annos fidibus discere vult de leg. p. 809 E. Atque eosdem praceptoribus et litteras et musicam docuisse tradit Quintilianus (instit. orat. I 10) auctores huius rei appellans Sophronem et Eupolin; de hoc vid. Meineke fragm. com. I 114, II 431.

ἐτερα τοιαῦτα] tali itidem modo, v. ad p. 318 A et infra p. 344 D: παὶ γεωργὸν — ἀμήκανον ἀνθεῖ καὶ λατρὸν ταῦτα ταῦτα. Cf. de leg. 635 D δοντεύονται τρόπον ἐτερον ἔτι αἰσχίω.

6. οἱ νέοι] Aristot. Pol. VIII 6: η μὲν οὖν Ἀρχύτου πλαταγή ἐστι τοῖς νηπίοις ἀρμόττοντα τῶν παιδιῶν, η δὲ παιδεία πλαταγή τοῖς μείζοσι τῶν νέων.

9. εἰς τὰ πιθαρίσματα ἐντείνοντες] citharoedicis modis includentes. Nam τόνος quem et ad vocum fidiumve cantum pertineat et ad versuum

τε καὶ τὰς ἀρμονίας ἀναγκάζουσιν οἰκειοῦσθαι ταῖς ψυχαῖς τῶν παιδῶν, ἵνα ἡμερώτεροί τε ὁσι, καὶ εὐρυθμότεροι καὶ εὐαρμοστότεροι γιγνόμενοι χρήσιμοι ὁσιν εἰς τὸ λέγειν τε καὶ πράττειν· πᾶς γὰρ ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου εὐρυθμίας τε καὶ εὐαρμοστίας δεῖται. ἔτι τοίνυν 5 πρὸς τούτοις εἰς παιδοτριβού πέμπουσιν, ἵνα τὰ σώματα

6. πρὸς τούτοις cum aliquot apograph. om. Bekker.

mensuram s. metrum, ἐντείνειν τι est aliquid vel musicis modis vel versu includere; hac significacione positum est Phaedon. p. 60 D: περὶ τῶν ποιημάτων ὡν πεποίηκας, ἐντείνας (sc. εἰς ἔπος s. εἰς μέτρον) τοὺς τοῦ Αἰσώπου λόγους.. ἄλλοι τινές με ἥροντο.

1. ἀναγκάζουσιν οἰκειοῦσθαι ταῖς ψυχ.] Disciplinas honestas puerorum animis fletu impressas esse tradit Xenoph. Cyrop. II 2, 14: οἱ λαϊνοι διδάσκαλοι παισὶν ἀγαθὰ μαθήματα μηχανῶνται, conf. Aristot. Pol. VIII 5: οὐ παιζοντι μανθάνοντες μετὰ ληπῆς γὰρ ή μάθησις. De sententia idem eodem capite extr. πολλοὶ φασι τῶν σοφῶν οἱ μὲν ἀρμονίαν εἶναι τὴν ψυχὴν, οἱ δὲ ἔχειν ἀρμονίαν.

2. ἵνα ἡμερώτεροί τε ὁσι, καὶ εὐρεῖται, inquit, εἰς τὸ ἐντὸς τῆς ψυχῆς ὅ τε ὄνθμὸς καὶ ἀρμονία, καὶ ἐργωμενέστατα ἀπτεται αὐτῆς φέροντα τὴν εὐσχημοσύνην, καὶ ποιεῖ ευσχήμονα, ἐάν τις ὄρθως τραφῇ. Stallb.

4. πᾶς γὰρ ὁ βίος —] Aristides Quintil. de Music. I p. 2: πᾶσα ἡλικία καὶ σύμπασ βίος, ἀπασα δὲ πρᾶξις μουσικὴ μόνη τελέως ἀν κατανοσμηθείη. Cicero de Offic. I 40: Sicut in fidibus aut in tibiis, — sic vindendum est in vita, ne forte quid discrepet, vel multo etiam

magis, quo maior et melior actionum quam sonorum concentus est. Stallb.

5. ἔτι τοίνυν πρὸς τούτοις] Aristoph. Plut. v. 1002: καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις εἰπε. De simili sermonis ubertate v. Lobeck ad Phrynic. p. 754.

6. εἰς παιδοτριβού πεμπ.] Pueri enim, postquam litterarum et artis musicae initia percepérant, paedotribarum disciplinae tradebantur, a quibus in palaestris artem gymnasticam docerentur. Plat. de republ. III p. 403 C: μετὰ δὴ μουσικὴν γυμναστικὴ θρεπτέοι οἱ νεανίαι. Alcibiad. I p. 106. E Socrates ad Alcibiadem: ἔμαθες γὰρ σύ γε, κατὰ μνήμην ἐμήν, γραμματα καὶ οιδαρίζειν καὶ παλαίειν. Legg. VII p. 813 A sqq. Crit. p. 50 D. Aristoph. nub. v. 973 item post citharistam mentionem magistri gymnastici facit. Ceterum Hesychius, Photius, alii, v. παιδοτριβῆς γυμναστῆς interpretantur. Haec fere Stallb. Dolendum est, quod Socrates hanc rem ut in vulgus notam leviter modo attigit apud Xenoph. mem. III 5, 22, ubi Pericli minori: οἷμαί σε, inquit, οὐδὲν ἡττον ἔχειν εἰπεῖν ὅπότε στρατηγεῖν ἢ ὅπότε παλαίειν ἥρξω μανθάνειν. Id vero dubium non videtur, quin pueri iisdem annis, quibus litterarum et musicam docebantur, corporum etiam exercitationi in palaestra vacaverint. Eisdem autem artibus, quas a paedotriba didicerant, postea e pueris egressi in gymnasiis nullo docente operam dederunt.

βελτίω ἔχοντες ὑπηρετῶσι τῇ διανοίᾳ χρηστῇ οὕσῃ, καὶ μὴ ἀναγκάζωνται ἀποδειλιᾶν διὰ τὴν πονηρίαν τῶν σω-<sup>C</sup> μάτων καὶ ἐν τοῖς πολέμοις καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πράξεσι. καὶ ταῦτα ποιοῦσιν οἱ μάλιστα δυνάμενοι μάλιστα· μά-<sup>5</sup> λιστα δὲ δύνανται οἱ πλουσιώτατοι, καὶ οἱ τούτων υἱεῖς πρωιαίτατα εἰς διδασκάλων τῆς ἡλικίας ἀρξάμενοι φοι-<sup>D</sup> τᾶν ὄψιαίτατα ἀπαλλάττονται. Ἐπειδὴν δὲ ἐκ διδασκά-<sup>E</sup> λῶν ἀπαλλαγῶσιν, ή πόλις αὐτὸς τε νόμους ἀναγκάζει μανθάνειν καὶ κατὰ τούτους ξῆν, ἵνα μὴ αὐτοὶ ἐφ' αὐτῷ εἰκῇ πράττωσιν, ἀλλ' ἀτεχνῶς ὥσπερ οἱ γραμματισταὶ τοῖς μήπω δεινοῖς γράφειν τῶν παίδων ὑπογράψαντες

4. οἱ μάλιστα δυνάμενοι μάλιστα] Libri oī (B. oū) μά-<sup>A</sup> λιστα δυνάμενοι. Alterum μάλιστα ex Heindorfii conjectura ad-<sup>B</sup> ditum, qui recte: Quid, inquit, qui non possunt magis quam ceteri (μάλιστα), num facere negligunt prorsus? Hoc dicens Protagoras suam ipse argumentationem labefactasset. Et vertit Ficinus: Haec nempe observant maxime ii, qui maxime possunt. 7. ἐξ omitti vult Cobet provocans ad Gorg. p. 514 C, sed positum est ob praece-<sup>C</sup> dens εἰς διδασκάλων, ex quo ad ἀπαλλάττονται intelligendum ἐξ διδασκάλων 9. κατὰ τούτους ξῆν: his adduntur in libris κατὰ παράδειγμα, quae delenda esse vidit Schanz. videtur autem pro-<sup>D</sup> ximis Platonis verbis, quibus exemplum profertur, primo ascri-<sup>E</sup> ptum: παράδειγμα, idque postea, ubi libri exhibent, cum praepo-<sup>F</sup>sitione κατά, quae in vicinitate erat, insertum esse.

6. εἰς διδασκάλων τῆς ἡλικίας] Protagoras omittit potuisse τῆς ἡλικίας, si vera essent, quae scripsit Pollux Onom. 1, 69: τὸ πρωιαίτατα καὶ ὄψιαίτατα οὐκ ἐπὶ ἡμέρας με-<sup>A</sup> ροντος ἀλλ' ἐπὶ χρόνου λέγεται..<sup>B</sup> ὡς ἐπὶ τῶν τι πραττόντων πρὸ παιδοῦ η μετὰ παιδὸν, sed vid. Phaed. p. 59 E et ad p. 343 E ann.

8. η πόλις — ἀναγνάζει<sup>C</sup> μανθάνειν] Apud Lacedae-<sup>D</sup> monios quidem, quorum leges (δῆτραι) non scriptae essent, id factum est; sed de tali Athenei-<sup>E</sup> nesium cura publica nihil, quod sciām, aliunde constat. Solo ipse apud Lucianum (Anachars. c. 22) Scythaes illi hospiti dicit: διδιδάσκοντες, οἱ δημοσίῃ πᾶσι πρόκεινται ἀναγιγνώσκειν μεγάλοις γράμμασιν ἀναγεγραμ-<sup>F</sup> μένοι. Andocid. or. I 84: τοὺς κυρουμένους τῶν νόμων ἀνα-<sup>G</sup> γράφειν εἰς τὸν τοῖχον.. σκο-

πεῖν τῷ βούλομένῳ. Harpocrat. s. v. ὁ κάτωθεν νόμος. Poll. Onom. VIII 128. Publice igitur illae leges propositae erant, ut disci possent; et discebantur, quia si cuius scientiam fugiebant, qui sui iuris esset, cum imperiti incommodo id factum est, v. Aeschin. or. 1, 18.

9. αὐτοὶ ἐφ' αὐτῷν εἰκῇ πο.] ipsi per se, respicit Socratis verba αὐτοὶ περιμόντες νέμονται ὥσπερ ἄφετοι, έάν που αὐτόματοι περιτύχωσι τῇ ἀρετῇ p. 320 A. cf. p. 323 C.

11. ὑπογράψαντες γράμ-<sup>A</sup> μάς] Lineae praeducuntur, quo recte procedat scriptura; et: ut pueri in schola directe s. ad lineam scribere iubentur, ita in vita quae agunt ad legis normam iis dirigenda sunt. Et δίκη ipsa, quam Protagoras paulo post dicit εὐθύνειν, alibi dicitur εὐ-<sup>B</sup> θεῖα s. ιθεῖα, ut Hesiod. fragm. 212 (ed. Marksch.): εἰς τε πάθοι

γραμμὰς τῇ γραφίδι οὕτω τὸ γραμματεῖον διδόασι καὶ ἀναγνάζουσι γράφειν κατὰ τὴν ὑφήγησιν τῶν γραμμῶν, ὡς δὲ καὶ ἡ πόλις νόμους ὑπογράψασα, ἀγαθῶν καὶ παλαιῶν νομοθετῶν εὐρήματα, κατὰ τούτους ἀναγνάζει καὶ ἀρχειν καὶ ἀρχεσθαι, ὃς δ' ἀν ἐκτὸς βαίνη τούτων, <sup>5</sup> κολάζει· καὶ ὄνομα τῇ κολάσει ταύτῃ καὶ παρ' ὑμῖν καὶ ἐἄλλοθι πολλαχοῦ, ὡς εὐθυνούσης τῆς δίκης, εὐθῦναι. Τοσαύτης οὖν τῆς ἐπιμελείας οὕσης περὶ ἀρετῆς ιδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, θαυμάζεις, ὡς Σωκρατες, καὶ ἀπορεῖς, εἰ διδακτόν ἔστιν ἀρετή; Ἀλλ' οὐ καὶ θαυμάζειν, ἀλλὲ <sup>10</sup> πολὺ μᾶλλον, εἰ μὴ διδακτόν.

Cap. XVI. Διὰ τί οὖν τῶν ἀγαθῶν πατέρων πολλοὶ νίεῖς φαῦλοι γίγνονται; τοῦτο αὖ μάθε· οὐδὲν γάρ θαυμαστόν, εἴπερ ἀληθῆ ἐγὼ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἔλεγον,

7. εὐθυνναι B: εὐθύναι T, εὐθύνη scriptum volebat Cornarius, recte adversante Heindorfio, qui pluralem numerum in formulis forensibus legitimum esse monuit ideoque non sine causa nunc positum.

τάς καὶ ἔρεξε, δίκη καὶ ἴθεῖα γένοιτο.

3. ὡς δὲ καὶ ἡ πόλις] — Ως pro οὗτως dictum ut p. 338 A: ὡς οὖν ποιήσετε. De rep. p. 530 D: ὡς πρὸς ἀστρονομίαν —, ὡς πρὸς ἐναρμόνιον φοράν. Thucyd. 3, 37: ὡς οὖν χοή καὶ ἡμᾶς ποιεῖν. v. Krüg. Gr. 25. 10, 11. Vocabulam δὲ in comparationibus sic positam copiose illustrat Heindorf ad Phaedon. p. 72 C.

5. ἐντὸς βαίνη τούτων] De leg. p. 876 E: μὴ ποτε βαίνειν ἔξω τῆς δίκης. Eadem vi migrandi Plato posuit ἐνβαίνειν de rep. 338 E et ἐξέρχεσθαι de leg. p. 644 B.

7. εὐθῦναι] correctiones. Tim. Lex. p. 125 interpretatur δίκαιοι κατὰ τῶν ἀρετῶν κακῶς, ubi v. Ruhnken. conf. Aristot. Pol. VI 8 (1322 C. Bekk.): ἐπεὶ δὲ ἔνται τῶν ἀρχῶν . . διαχειρίζονται πολλὰ τῶν κοινῶν, ἀναγκαῖον ἐτέραν εἶναι τὴν ληψομένην λογισμὸν καὶ προσενθυνοῦσαν . . καλοῦσι δὲ τούτους οἱ μὲν εὐθύνονται, οἱ δὲ

λογιστάς, οἱ δὲ ἐξεταστάς, οἱ δὲ συνηγόρους.

12. τῶν ἀγαθῶν πατέρων — νίεῖς φαῦλοι] Iam Homerus: παῦροι γάρ τοι παῖδες δύοιοι πατρὶ πέλονται, οἱ πλέοντες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους (Od. 2, 276).

14. ἐν τοῖς ἔμπροσθεν] P. 323 A. — οὐδένα δεῖ ἰδιωτεύειν recte Heindorfius interpretatur: in ceteris quidem rebus alios esse δημιουρούσ, alios ἰδιώτας; in iustitia nemini licere ἰδιωτην esse, sed unumquemque quasi δημιουργόν quendam esse oportere. Verba εἴπερ μέλλει πόλις εἶναι sic intelligas: si quidem civitas futura sit salva et incolmis; ut Critton. p. 50 B: ἦ δοκεῖ σοι οὗτον τε ἔτι ἐκείνην τὴν πόλιν εἶναι καὶ μὴ ἀνατεράψθαι. Proxima sic intelligas: Nam si, quod ego contendeo, neminem debere virtutis minus gnamrum aut imperitum esse, vere dictum est, ut est

ὅτι τούτου τοῦ πράγματος, τῆς ἀρετῆς, εἰ μέλλει πόλις 327 εἶναι, οὐδένα δεῖ ίδιωτεύειν. Εἰ γὰρ δὴ ὁ λέγω οὗτος ἔχει — ἔχει δὲ μάλιστα πάντων οὗτος — ἐνθυμήθητι ἄλλο τῷν ἐπιτηδευμάτων ὅτιοῦν καὶ μαθημάτων προελό-  
5 μενος. εἰ μὴ οἶόν τ' ἦν πόλιν εἶναι, εἰ μὴ πάντες αὐ-  
ληταὶ ἡμεν, διοῖός τις ἐδύνατο ἔκαστος, καὶ τοῦτο καὶ  
ἴδια καὶ δημοσίᾳ πᾶς πάντα καὶ ἐδίδασκε καὶ ἐπέπληττε  
τὸν μὴ καλῶς αὐλοῦντα, καὶ μὴ ἐφθόνει τούτου, ὥσπερ  
τὸν τῷν δικαίων καὶ τῷν νομίμων οὐδεὶς φθονεῖ οὐδ'  
10 ἀπορίπτεται ὥσπερ τῷν ἄλλων τεχνημάτων — λιπιτελεῖ B  
γάρ, οἷμαι, ήμιν ἡ ἄλληλων δικαιοσύνη καὶ ἀρετή· διὰ  
ταῦτα πᾶς πάντα προθίμως λέγει καὶ διδάσκει τὰ δίκαια  
καὶ τὰ νόμιμα — εἰ οὖν οὗτος καὶ ἐν αὐλήσει πᾶσαν  
προθυμίαν καὶ ἀφ θορίαν εἰχομένης ἄλληλους διδάσκειν, οἵτι  
15 ἂν τι, ἔφη, μᾶλλον, ὡς Σώκρατες, τῷν ἀγαθῶν αὐλητῶν  
ἀγαθοὺς αὐλητὰς τοὺς νίστες γίγνεσθαι η τῷν φαύλων;

7. πάντα καὶ: omittit καὶ Vindob. suppl. 7. 11. ἡ μὲν Stephanus: ὑμῖν BT. 12. διδάσκει καὶ libri, sed καὶ ortum esse ex syllaba finali verbi διδάσκει probant superiora τὸν τῷν δικαιῶν καὶ τῷν νομίμων οὐδεὶς φθονεῖ, ad quae haec referuntur.

sane, rem tecum considera quovis alio studiorum et disciplinarum genere exempli causa adhibito. Stallb.

6. ὁποῖός τις ἐδύνατο [ἔκαστος] Intell. αὐλητὴς εἶναι.

7. καὶ ἐπέπληττε τὸν μὴ καλ.] Accusativus τὸν αὐλοῦντα e verbo ἐδίδασκε pendet, remotiore eo quidem, sed totius sententiae primario, et cum πάντα cohaeret. Multo etiam durius interrupta inveniuntur verba constructione inter se apta, ut Eurip. Cycl. 123 σπείρονσιν, η τῷ γῶσι, Δήμητρος στάζειν; Rectissime autem Stallbaumius: Poterat, inquit, simpliciter dici: πᾶς πάντας ἐδίδασκε τὸν μὴ καλῶς αὐλοῦντα. Quod quidem in mente habens scriptor interiectum istud καὶ ἐπέπληττε non respicit, sed easum participii superiori illi πάντας accommodat, v. ad Phaedon. p. 94 D et ann. ad p. 313 B. Similiter mox verba ὥσπερ τῷν ἄλλων τεχνημάτων cohaerent

cum remotioribus τῷν δικαιῶν — οὐδεὶς φθονεῖ, perinde ac si οὐδ' ἀπορίπτεται non esset interiectum. Veram esse hanc interpretationem docent etiam verba καὶ μὴ ἐφθόνει τούτου, quae more loquendi pervulgato ad πᾶς πάντας ἐδίδασκε referuntur. P. 320 B: μὴ φθονήσῃς, ἀλλ' ἐπίδειξον. Lachet. p. 200 B: διδάξω καὶ σέ, καὶ οὐ φθονήσω. Sympos. p. 223 A: ἀλλ' ἔσσον, καὶ μὴ φθονήσῃς τῷ μειονείῳ ὑπὲρ ξμοῦ ἐπαινεθῆναι. Men. p. 71 D: εἰπον καὶ μὴ φθονήσῃς.

13. εἰ οὖν οὗτος —] Parenthesi absoluta revertitur oratio unde digressa erat: cuius rei indicium facit οὖν, ut Euthydem. p. 290 B C. Apol. Socr. p. 29 D. p. 40 D. Sympos. p. 201 D. al. Stallb.

15. οἵτι οὖν τι, ἔφη, μᾶλλον τι] Exspectabas μᾶλλον τι. Sed v. Xenoph. Cyrop. I 6, 11: οἵτι τι, ἔφη, ήττον τοῦτο εἶναι αἰσχρόν.

οῖμαι μὲν οὕ, ἀλλὰ ὅτου ἔτυχεν ὁ νιὸς εὐφυέστατος  
C γενόμενος εἰς αὖλησιν, οὗτος ἐν ἐλλόγιμος ηὔξηθη, ὅτου  
δὲ ἀφύης, ἀκλεής· καὶ πολλάκις μὲν ἀγαθοῦ αὐλητοῦ  
φαῦλος ἐν ἀπέβη, πολλάκις δ' ἐν φαύλον ἀγαθός· ἀλλ'  
οῦν αὐληταί γ' ἐν πάντες ἡσαν ἵκανοι ὡς πρὸς τοὺς εἰδιώτας καὶ  
μηδὲν αὐλήσεως ἐπαΐοντας. οὕτως οἶον καὶ  
νῦν, ὅστις σοι ἀδικάτατος φαίνεται ἀνθρωπος τῶν ἐν

4. ἀλλ' οὖν — γ' ἀν Nattmann de Plat. Prot. p. 12: ἀλλ'  
οὖν — γοῦν B.T. 7. ἐν νόμοις καὶ ἀνθρωποις B.T: ἐν ἐνόμοις  
ἀνθρωποις Schanz, quod sententiae minus convenit, nam  
ἐννομοι ἀνθρωποι non sunt homines sub lege viventes sed legi  
sua sponte parentes eosque Plato de rep. 424 E cum σπουδαῖοις  
coniungit, et verba, ἐν νόμοις necessaria sunt, exstingui possent  
proxima καὶ ἀνθρωποις, cf. Xenoph. Memor. III 9, 1, sed nihil  
mutandum nec ἀνθρωποις, ut Cobet vult, praefigendum νομίμοις.  
v. p. 323 C (δικαιοσύνης ἀναγκαῖον μετέχειν) η μὴ εἶναι ἐν ἀνθρωποις.

2. οὗτος ἐν ἐλλόγιμος ηὔξηθη] i. e. οὗτος ἐν ηὔξηθη  
ώστε ἐλλόγ. γίγνεσθαι. Frequens est haec verborum αὐξεῖν, αἰρεῖν, τελεῖν, παιδεύειν,  
διδασκεῖν, al. constructio, quam grammatici appellant prolepsin  
adiectivi. Demosthen. or. 2, 5: παρακρονόμενος μέγας νῦν  
ηὔξηθη. Plat. de republ. VIII p. 565 C: ἐνα τινὰ ἀεὶ δῆμος  
εἰσθε . τρέφειν τε καὶ αὐξεῖν  
μέγαν. Aeschyl. Agam. v. 761:  
μέγαν τελεσθέντα ὄλβον. Eurip.  
Heraclid. v. 575: δίδασκε σοφούς, redde sapientes, de  
quo genere loquendi consulas  
Valcken. Diatrib. p. 205. Stallb.  
Comparativo usus est Plato de  
leg. p. 681 A: τῶν οἰκήσεων  
μειζόνων αὐξανομένων. Thucyd.  
IV 171: τοὺς λόγους μακροτέ-  
ρονσ οὐ μηνυνούμεν.

3. ἀκλεής] per zeugma in-  
telligentendum ἔγενετο.

4. ἀλλ' οὖν αὐληταί γ'  
ἀν] Frequens ἀλλ' οὖν — γε.  
Sophist. p. 254 C: ἀλλ' οὖν λό-  
γου γε ἐνδεεῖς μηδὲν γιγνό-  
μεθα. Aeschin. or. 3, 11: ἀλλ'  
οὖν προβάλλεται γέ τι πρὸ τῆς  
αἰσχύνης. al. Deinde ως πρὸς  
τοὺς ἰδ. est: si cum rudibus  
comparentur. Stallb.

6. οὕτως οἶον καὶ νῦν] H.  
e. quemadmodum credis (v. p.  
327 B: οἴει ἀν τι μᾶλλον κτέ.

et οῖμαι μὲν οὕ) si civitas stare  
non posset, nisi omnes cives  
essent tibicines, artem tibia ca-  
nendi nemini defuturam, ita  
nunc quoque existima, quam,  
ut vidimus, iustitiam in civibus  
omnibus inesse oporteat, qui  
tibi videatur iniustissimus, iu-  
stitiam eum non deficere. Ita-  
que in verbis δικαιον αὐτὸν  
εἶναι partic. ἀν, quam excidisse  
quidam arbitrati sunt, per sen-  
tentiae rationem ne ferri qui-  
dem potest.

7. τῶν ἐν νόμοις καὶ  
ἀνθρωποις τεθραμμένων]  
Egregie haec illustrantur Iso-  
cratis loco or. II 2, in quo orator  
eos, qui inter homines vivunt,  
multis rebus ad virtutem com-  
parandam adiuvari dicit: ἐστὶ  
πολλὰ τὰ παιδεύοντα (αὐτὸν),  
μάλιστα μὲν τὸ μὴ τονφᾶν . .  
ἔπειθ' οἱ νόμοι . . ἔτι δ' ή παρ-  
ησία καὶ τὸ φανερῶς ἔξειναι  
τοῖς τε φίλοις ἐπιπλήξαι καὶ  
τοῖς ἔχθροῖς ἐπιθέσθαι ταῦς  
ἀλλήλων ἀμαρτίαις κτέ. Eius-  
modi admonitiones et coercitio-  
nes nulla lege constitutae hic  
sunt intelligendae, quibus ho-  
mines ab hominibus magis quam  
legibus corriguntur. Tali modo  
educati in proximis opponuntur  
agrestibus hominibus σποράδην  
et sine lege et societatis cura  
degentibus, quales homines

νόμοις καὶ ἀνθρώποις τεθραμμένων, δίκαιον αὐτὸν εἶναι καὶ δημιουργὸν τούτου τοῦ πράγματος, εἰ δέοι αὐτὸν κοίτεσθαι πρὸς ἀνθρώπους, οἷς μήτε παιδεία ἔστι μήτε Δ 5 δικαστήρια μήτε νόμοι μηδὲ ἀνάγκη μηδεμία διὰ παντὸς ἀναγκάζουσα ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι, ἀλλ' εἶν αἱροι τινες, οἵοί περ οὓς πέρυσι Φερενδάτης ὁ ποιητὴς ἐδίδαξεν ἐπὶ Ληναίῳ. ἡ σφόδρα εὖ τοῖς τοιούτοις ἀνθρώποις γενόμενος, ὥσπερ οἱ ἐν ἐκείνῳ τῷ χορῷ μισάνθρωποι, ἀγαπή-

7. οὗντος Athenaeus, unde Hirschig oīōnspēq scriptum suis coniecit, sed hanc conjecturam, quam Schanz recepit, improbat Philol. X p. 188, afferens Cratyl. p. 432 Ε τοιούτον οἴόνπερ οὐ ὄνομά ἔστιν 8. μισάνθρωποι BT: Heinrichius hanc Pherecratis fabulam eandem fuisse ac Chironem et chorū e Centauris constitisse ratus in commentat., quae inscripta est: Demonstratio et restitutio loci corrupti e Platon. Protagora (Kiliae 1813. 4), ημιάνθρωποι coniecit, pro quo leniore mutatione μιξάνθρωποι scribendum censuit Jacobs Anthol. III 2. 800 et μεσάνθρωποι Lehrs Rhein. Mus. 1872 p. 346.

Pherecrates in scenam produxit. Cum his asperis incultisque comparatus vel iniustissimus illorum ex Protagorae sententia in iustitia excellit.

5. ἀλλ' εἶεν αἱροι τινες —] H. e. ἀλλ' οὐ εἶεν αἱροι τινες. Sententiam comprobant et argumentis confirmat Plato de leg. p. 874 E: προρρητέον δῆ, ὃς νόμους ἀνθρώποις αναγκαῖον τιθεσθαι καὶ ζῆν κατὰ νόμους, ἡ μηδὲν διαφέρειν τῶν πάντη αἱριωτάτων θηρίων κτέ.

6. οἶοιπερ οὓς πέρηνσι Φερενδάτης] Quales erant in fabula quam superiore anno docuit Pherecrates in certamine Lenaico. Ita haec explicuit Cassaubonus ad Athen. lib. V p. 218 D, ubi quo tempore fabula acta sit, his verbis proditur: ἐδιδάχθησαν δὲ οἱ Ἀγοροὶ ἐπ' Ἀριστίωνος ἀρχοντος h. e. Ol. 89, 4, v. proleg. p. 32. Paucis reliquis exceptis et haec fabula et ceterae Pherecratis, qui in veteris comoediae poetis nobilissimis numeratus est et ἀττικῶτας dicitur Athenaeo p. 268, interciderunt. Notum est metrum Pherecrateum, quo invento ipse videtur gloriari ap. Hephaest. p. 101; v. schol. Arist. Nub. v. 563. Meineke Fragm. Com. Graec. I 68; II 283.

ἐπὶ Ληναίῳ] Aristoph. Acharn. v. 504: Αὐτοὶ γάρ ἐσμεν οὐπὶ Ληναίῳ τὸ ἀγών, ubi scholiastes: εἰς τὰ Ληναῖα καθῆκε τὸ δρᾶμα, v. Deimosth. or. 21, 10. Agebantur autem Bacchi Lenaei dies festi ac solempnes summa hieme, mense Gamelione, ut docet Proclus ad Hesiod. Op. et D. v. 506: τῷ Γαμηλιῶνι, καθ' ὃν οὐλ τὰ Ληναῖα παρ' Ἀθηναῖοις. Ιωνες δὲ τοῦτον (τὸν μῆνα) οὐδὲν ἀλλως, ἀλλὰ Ληναῖῶνα καλοῦσι. De Lenaeorum origine et celebratione v. Aug. Mommsen Heortologia p. 332 sqq.

8. ὥσπερ οἱ ἐν ἐκείνῳ τῷ χορῷ μισάνθρωποι] int. ἐγένοντο ἐν τοῖς τοιούτοις h. e. αἱροῖς ἀνθρώποις; chorus enim fabulae e misanthropis conflatum esse statuendum est. Longissime a vero aberrat opinio eorum, qui αἱροῖς ac μισάνθρωποι eosdem esse arbitrantur. Hi inter homines educati et sub legibus aequo iure cum ceteris vivere docti propter ciuitatem pravitatem hominum coetus urbesque reliquerant, illi ab omni animi cultu semper remoti vel pessimo cive multo erant peiores. Aristoph. Lysistr. v. 812: οὗτος ἡρός ὁ Τίμων φέρεθ' ὑπὸ μίσους πολλὰ καταρρασάμενος ἀνδράσι πο-

σαις ἄν, εἰ ἐντύχοις Εὐρυβάτῳ καὶ Φρυνώνδᾳ, καὶ ἀνολοφύρᾳ ἀν ποθῶν τὴν τῶν ἐνθάδε ἀνθρώπων πονη-  
τείαν. νῦν δὲ τρυφᾶς, ὡς Σώκρατες, διότι πάντες διδά-  
σκαλοί εἰσιν ἀρετῆς, καθ' ὅσον δύνανται ἐκαστος, καὶ  
οὐδείς σοι φαίνεται. ἔσθ' ὥσπερ ἄν εἰ ζητοῖς, τίς διδά-  
σκαλος τοῦ ἐλληνίζειν; οὐδ' ἄν εἰς φανείη, οὐδέ γ' ἄν,  
οἷμαι, εἰ ζητοῖς, τίς ἄν ἡμῖν διδάξειε τοὺς τῶν χειρο-  
τεχνῶν υἱεῖς αὐτὴν ταύτην τὴν τέχνην, ἦν δὴ παρὰ  
τοῦ πατρὸς μεμαθήκασι, καθ' ὅσον οἶός τ' ἦν ὁ πατὴρ  
καὶ οἱ τοῦ πατρὸς φίλοι ὄντες ὑμότεροι τούτους ἔτι <sup>10</sup>  
τίς ἄν διδάξειεν; οὐ δάδιον οἷμαι εἶναι, ὡς Σώκρατες,  
τούτων διδάσκαλον φανῆναι, τῶν δὲ ἀπείρων παντάπασι  
Εὐάρδιον, οὕτω δὲ ἀρετῆς καὶ τῶν ἀλλων πάντων. ἀλλὰ  
καὶ εἰ ὀλίγον ἔστι τις ὅστις διαφέρει ήμῶν προβιβάσαι

5. φαίνεται. ἔσθ' ὥσπερ scripsi: pro ἔσθ' exhibet B εἰς',  
T εἰς'. Plerique recen. editores φαίνεται εἶναι. ὥσπερ de Heindorffii coniectura, qua quidem lenior medela est, quam proposui.

νηροῖς, ubi schol.: ἐπιεικῆς  
ἡν καὶ ἔφενγε τοὺς πονηρούς.  
Illius similes erant Pisthetaerus  
et Euelpides, quos Aristophanes  
in Avibus vitam litium ac ne-  
gotiorum plenam fugientes facit.  
Recte igitur Heindorffius:  
„Quantum, inquit, assequi con-  
iectura queam, rem ita institu-  
tam fuisse opinor a Pherecrate,  
ut chorūm facerent homines non  
suae tantum reipublicae, sed  
omnium omnino hominum oso-  
res, qui civitate sua relicta quum  
inter feros immanesque homi-  
nes secessissent, mox resipisci-  
entes illam, unde abierant, socie-  
tatem hominūm civilemque vi-  
tam requirent. Quorum exem-  
pli Protagoras Socratem dicit  
eiulaturum desiderio vel pra-  
vissimorum Athenis hominum.“  
— Phrynondas et Euryba-  
tus propter insignem morum  
pravitatem proverbio celebrati  
sunt. v. Suidas et Harpoerat.  
s. v. Aeschin. or. 3, 137 ibique  
schol. Et Eurybati famam ad  
ultimam graecae linguae me-  
moriam servatam esse, e recenti  
voce Τπερενρύβατος apparel,  
qua ὁ ὑπερβάλλων Εὐρύβατον

πονηρία significabatur, v. Bek-  
ker Anecd. Gr. I p. 67.

5. ἔσθ' ὥσπερ —] H. e. ἔχει  
οὗτος ὥσπερ: eadem estratio-  
nē perinde est ac si graece  
loquendi magistrum quae-  
ras, cf. p. 335 E et Sophocl.  
Trach. 475 ἔστιν γὰρ οὗτος  
ὥσπερ οὗτος ἐννέπει.

10. τούτους ἔτι τίς ἄν δι-  
δάξειε] quis eos adhuc (in  
arte illa sua, ad quam iam insti-  
tuti sunt) docere possit?

13. οὕτω δὲ ἀρετῆς] int.  
διδάσκαλον φανῆναι οὐ δάδιον  
ἔστι.

ἀλλὰ καὶ εἰ ὀλίγον —] sed  
si quis est qui vel paullu-  
lum nobis in eo praestet,  
ut alios ad virtutem pro-  
vehat: contenti esse debe-  
mus. De καὶ εἰ, in quibus ἄν  
ad constructionem nihil valet,  
vid. Stallbaum ad Phaed. p. 71B.  
Sententia Archidami apud Thu-  
cyd. I 84 prolata, quae hic  
proponatur, digna est: πολὺ<sup>ν</sup>  
διαφέρειν οὐ δεῖ νομίζειν ἀν-  
θρώπον ἀνθρώπον, ηράτιστον  
δὲ εἶναι ὅστις ἐν τοῖς ἀναγ-  
καιοτάτοις παιδεύεται.

εἰς ἀρετὴν, ἀγαπητόν. Ὡν δὴ ἐγὼ οἶμαι εἰς εἶναι, καὶ διαφερόντως ἀν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ὅντος τυπα πρὸς τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν γενέσθαι, καὶ ἀξίως τοῦ μισθοῦ ὃν πράττουμε, καὶ ἔτι πλείονος. Ὅστε καὶ αὐτῷ δοκεῖν τῷ μαθόντι. διὰ ταῦτα καὶ τὸν τρόπον τῆς πράξεως τοῦ μισθοῦ τοιοῦτον πεποίημαι. ἐπειδὴν γέρ τις παρ' ἐμοῦ μάθῃ, ἐὰν μὲν βούληται, ἀπέδοτεν δὲ ἐγὼ πραττοῦμαι ἀργύριον· ἐὰν δὲ μή, ἐλθὼν εἰς λερὸν ὅμόσας, οὗσον ἀν φῆ ἄξια εἶναι τὰ μαθήματα, τοσοῦτον κατέθηκε.

Τοιοῦτον δοι, ἔφη, ὡς Σώκρατες, ἐγὼ καὶ μῆδον καὶ λόγον εἴρηκα, ὡς διδακτὸν ἀρετὴ καὶ Ἀθηναῖοι οὗτοι ἡγοῦνται, καὶ ὅτι οὐδὲν θαυμαστὸν τῶν ἀγαθῶν πατέρων φαύλους νίεῖς γίγνεσθαι καὶ τῶν φαύλων ἀγαθούς, ἐπεὶ καὶ οἱ Πολυκλείτου νίεῖς, Παράλου καὶ Ξανθίππου τοῦδε ἡλικιωταί. οὐδὲν πρὸς τὸν πατέρα εἰσί, καὶ ἄλλοι ἄλλων δημιουργῶν. τῶνδε δὲ οὕπω ἄξιον

2. ὄνησαι Dobree advers. II p. 391: νοῆσαι BT. 7. ἀπέδωκεν: ita olim iam correxi ἀποδέδωκεν, quod libri exhibent et recent. edit. immerito eiecerunt. De hac permutatione perfecti et aoristi v. ad p. 320 A et Stud. philolog. p. 852.

1. Ὡν δὴ ἐγὼ οἶμαι —] Ex his igitur me arbitror unum esse et praeter ceteros institutione mea aliquem, veluti Hippocratem, ad virtutem iuvare posse, idque sic, ut dignus sim ea mercede, quam exigo, adeoque etiam maiore, ita ut ipsi etiam discenti ita videatur. cf. Hipp. I p. 281 B: ἵνανὸς εἰ παρὰ τῶν νέων πολλὰ χρήματα λαμβάνων ἔτι πλείω ὀφελεῖν ὡν λαμβάνεις. Quum Protagoras h. l. de virtute tradenda disserat, νοῆσαι nullum hic habet locum; ὄνησαι eodem modo positum est de rep. p. 600 D: εἰπερ οἶός τ' ἡν πρὸς ἀρετὴν ὄνησαι ἀνθρώπους.

5. τὸν τρόπον — τοιοῦτον πεπ.] Rem paulo aliter narrat Aristoteles Ethic. Nicom. IX 1: (ὅπερ φασὶ καὶ Πρωταγόραν ποιεῖν) ὅτε γὰρ διδάξειεν ἀδήποτε, τιμῆσαι τὸν μαθόντα ἐκελευεν, οὗσον δοκεῖ ἄξια ἐπιστασθαι, καὶ ἐλάμβανε τοσοῦτον. Veriora reique naturae ap-

tiora videntur esse, quae Plato h. l. de sophistae instituto tradidit, eum non omnes, sed eos tantum discipulos, qui pecuniam ab ipso constitutam solvere noluissent, iuratos disciplinas aestimare et quanti aestimassent, tantum solvere iussisse. Eum aliis etiam condicionibus docuisse argumento sunt ea, quae de eius lite cum Euathlo tradunt Apuleius Flor. IV 18 et Gellius N. A. V. 10. Cum quibus consentit Diogenes Laertius, qui (IX 59) Protagoram dicit a singulis discipulis institutionis pretium exegisse centenas minas, quod a fide abhorret, sed cf. Quint. Inst. Or. III 1. 10.

8. ἐλθὼν εἰς λερὸν] Cicero pro Balb. c. 5: Athenis, aiunt, quum quidam apud eos, qui sancte graviterque vixisset et testimonium dixisset et, ut mos Graecorum est, ad aras accederet etc.

16. τῶνδε δὲ οὕπω ἄξιον τοῦτο κατ.] hi vero (Paralus

D τοῦτο κατηγορεῖν. ἔτι γὰρ ἐν αὐτοῖς εἰσιν ἐλπίδες· νέοι γάρ.

Cap. XVIII. Πρωταγόρας μὲν τοιαῦτα καὶ τοιαῦτα ἐπιδειξάμενος ἀπεπαύσατο τοῦ λόγου. καὶ ἐγὼ ἐπὶ μὲν πολὺν χρόνον κεκηλημένος ἔτι πρὸς αὐτὸν ἔβλεπον ὡς <sup>5</sup> ἐροῦντά τι, ἐπιθυμῶν ἀκούειν· ἐπεὶ δὲ δὴ ἡσθόμην, ὅτι τῷ ὄντι πεπαυμένος εἶη, μόγις πως ἐμαυτὸν ὥσπερει συναγείρας εἶπον, βλέψας πρὸς τὸν Ἰπποκράτην· Ὡ παῖ Ἀπολλοδόρου, ὡς χάριν σοι ἔχω, ὅτι προὔτρεψάς με Ε ὡδε ἀφικέσθαι· πολλοῦ γὰρ ποιοῦμαι ἀκηποέναι ἢ ἀκήποια <sup>10</sup> Πρωταγόρου. ἐγὼ γὰρ ἐν μὲν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ ἡγούμην οὐκ εἶναι ἀνθρωπίνην ἐπιμέλειαν, ἢ ἀγαθοὶ οἱ ἀγαθοὶ γίγνονται· νῦν δὲ πέπεισμαι. πλὴν σμικρόν τί μοι ἐμποδών, ὃ δῆλον ὅτι Πρωταγόρας φαδίως ἐπενδιδάξει, ἐπειδὴ καὶ τὰ πολλὰ ταῦτα ἔξεδίδαξε. καὶ γὰρ <sup>15</sup> εἰ μέν τις περὶ αὐτῶν τούτων συγγένοιτο ὁτιοῦν τῶν δημηγόρων, τάχ' ἂν καὶ τοιούτους λόγους ἀκούσειεν ἢ Περικλέους ἢ ἄλλου τινὸς τῶν ἵκανῶν εἴπειν· εἰ δὲ ἐπανέρθοιτό τινά τι, ὥσπερ βιβλία οὐδὲν ἔχουσιν οὔτε

4. ἐπὶ μὲν in ἔτι μὲν mutandum et ἔτι ante πρὸς delendum putat Schanz; hic praepositionis ἐπὶ usus non insolitus. Theophr. h. pl. VI 4, 4 ὁφιανθῆς ὁ σκόλυμος καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον. 11. ἐγὼ γὰρ T: ἔγωγε B.

et Xanthippus) nondum commerentur huiusmodi reprehensionem, quum adhuc liceat bona de iis sperare propter iuventutem. Nam ἄξιόν ἐστιν est iustum est, decet. Stallb. De Paralo et Xanthippo cf. ipsius Protagorae verba prolegom. p. 29.

4. ἐπὶ μὲν πολὺν χρόνον κεκηλημένος] ad multum tempus delinitus usque eum intuebar. Neque enim cum Heindorfio haec, ἐπὶ μὲν π. χρόνον, ad seq. ἔβλεπον trahenda sunt. Menex. p. 235 A: καὶ ἐκάστοτε ἐστηκα — κηλούμενος. Ibid. B: οὐτως ἔναντος ὁ λόγος τε καὶ ὁ φθόγγος παρὰ τοῦ λεγοντος ἐνδύεται εἰς τὰ ὄτα, ὥστε μόγις τετάρτη ἡ πέμπτη ἡμέρα ἀναμιμησχομαι ἐμαυτοῦ. — ως ἐροῦντά τι,

putans eum aliquid dictum. Stallb.

10. ὡδε ἀφικέσθαι] Photius lex. p. 658, 14 et Suidas s. v. Ὡδε haec habent: ὡδε οὐ μόνον τὸ οὐτως, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐνθάδε ως ἡμεῖς.. καὶ Πλάτων πον κέχορηται ἀντὶ τοῦ δεῦρο καὶ ἐνθάδε. τὸ δὲ οὐτως ἐν τοῖς πλείστοις δῆλοι. Huius Platonicis loci immemor Meineke Fragm. Com. Graec. II p. 47 levitatis Photium incusat negative ὡδε apud bonos scriptores pro δεῦρο vel ἐνθάδε inveniri.

12. ἢ ἀγαθοὶ οἱ ἀγαθοὶ γίγνενται.] Simonides (fragm. 61) Οὐτις, inquit, ἀνεν θεῶν ἀρετὰν λαβεν, vid. ad p. 319 B.

14. ἐπεκδιδάξει] Euthyphr. p. 7 A: ἀλλὰ σὺ δῆλον ὅτι ἐπεκδιδάξεις, ως ἐστιν ἀληθῆ ἢ λέγεις.

19. ὥσπερ βιβλία οὐδὲν

ἀποκρίνασθαι οὕτε αὐτοὶ ἐρέσθαι, ἀλλ' εἴν τις καὶ σμικρὸν ἐπερωτήσῃ τι τῶν δηθέντων, ὥσπερ τὰ χαλκία πληγέντα μακρὸν ἡχεῖ καὶ ἀποτείνει, εἰὰν μὴ ἐπιλάβηται τις, καὶ οἱ δῆτορες οὗτω σμικρὰ ἐρωτηθέντες δόλιχον

2. *χαλκία* scripsi pro *χαλκεῖα*, quod BT et editiones habent, cf. Pollux. X 122, et hoc vocab. Cratyl. p. 430 A εἰ τι *χαλκίον* (vas aeneum) κινήσεις κρούσας in B et T sine ε exaratum est.  
4. *δόλιχον* Stephanus. *δολιχὸν* BT.

*ἔχουσι — ἐρέσθαι*] Saepius Socrates in hac quaestione, quam de virtutum coniunctione et conspiratione instituit, contionandi et colloquendi disserimen memorat et Protagoram, qui utriusque disputandi generis sit peritus, rogat, ut hoc velit uti i. e. ut longis orationibus missis breviter vel respondendo vel interrogando sermones secum conferat. Pro οὐδὲν *ἔχουσιν* οὕτε *ἀποκρ.* οὕτε *ἐρέσθαι* breviter dici potuit οὐκ *ἐπίστανται* διαλέγεσθαι. Cratyl. p. 390 C: τὸν ἔρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι *ἐπίσταμενον* ἄλλο τι σὺ καλεῖς η διαλεκτικόν; Οὐκ, ἀλλὰ τοῦτο. Male haec verba accipiunt, qui oratores quum interrogati sint omnino tacere arbitrentur; respondent illi, sed non ad ea quae ex iis quaesita erant neque ita, ut interrogantis intellectus rationem habeant, qua propter libris similes dicuntur, v. Phaedr. p. 275 D sqq., semperque longam rursus orationem ordiuntur. Conf. Themist. p. 253 C: εἰ δὲ δὴ καὶ ἐρέσθαι ἐπιχειρήσεις, μὴ συνεὶς ὅ τι εἰρηκεν, ἐτέοι περιπλήξη ὄνοματι δινοκολώτερον ἀνομασμένω περανεῖς δὲ οὐδέποτε οὐδέν πτε.

2. *τὰ χαλκία πληγέντα*] Menander (IV 89 Meineke): τὸ Δωδωναῖον ἀν τις χαλκίον, "Ο λέγουσιν ἡχεῖν, ἀν παραψηδ' ὁ παριών, Τὴν ἡμέραν δῆν, καταπαύσαι θάτιον ἡ Ταύτην λαλοῦσαν· νύντα γὰρ προσλαμβάνει, cf. ultimum exemplum proximae notae.

3. *μακρὸν ἡχεῖ*] Neutrūm eodem modo cum aliis verbis

sonum quandam significantibus coniungitur; supra p. 310 B τῇ φωνῇ μέγα λέγων, p. 334 D μεῖζον φθεγγεσθαι. Euthyd. p. 305 B φθεγγόμενα καὶ βοῶντα μέγιστον τὰ σιδήρια λέγεται, εἴν τις ἀψηται, et notum Homericum μακρὸν ἀὔτεῖν.

ἀποτείνει] Hoc verbum, ad quod ex praecedentibus facile intelligas τὴν ἡχήν, sine casu et absolute positum est ut κατατείνω de rep. p. 367 B, ad quem locum in T ascriptum est: ἀντὶ τοῦ μακρὸν λόγον διεξέρχομαι, cf. Gorg. p. 458 B: καὶ νῦν ἵσως πόρρω ἀποτενοῦμεν, ἦν διαλεγώμεθα, i. e. μακρολογήσομεν.

ἐπιλάβηται] Eleganter verbum positum est, quum et proprie de iis dicatur, qui vasa contrectant eoque sonum eorum reprimunt, et metaphorice significetprehendere (rationis reponscande causa) et redarguere veluti Sympos. p. 214 E. Gorg. p. 469 C. al.

4. καὶ οἱ δῆτορες οὗτω] referenda haec sunt ad ὥσπερ τὰ χαλκία πλ. μ. ἡχεῖ. Vulgaris loquendi consuetudo exigebat οὗτω καὶ οἱ δῆτορες σμ., cf. de rep. I p. 354 B: ὥσπερ οἱ λίχνοι ἀπογενονται, καὶ ἔγω μοι δοκῶ οὗτως κ. τ. λ. IX p. 585 A: ὥσπερ δὲ πρὸς τὸ μέλαν ἀποσκοποῦντες, καὶ πρὸς τὸ ἄλυπον οὗτως κ. τ. λ. Phaedr. p. 230 D. al. Stallb.

δόλιχον τοῦ λόγον] Ad vulgatam scripturam δόλιχὸν τοῦ λόγον tuendam Astius plures locos attulit, quibus adiectivum cum genitivo substantivi eiusdem generis componitur, ut Xenoph. Cyrop. III 2, 2: σκο-

Βατατείνουσι τοῦ λόγου· Πρωταγόρας δὲ ὅδε ἵνανὸς μὲν μαιροὺς λόγους καὶ καλοὺς εἴπεῖν, ὡς αὐτὸς δηλοῖ, ἵνανὸς δὲ καὶ ἐρωτηθεὶς ἀποκρίνασθαι κατὰ βραχὺ καὶ ἐρόμενος περιμεῖναι τε καὶ ἀποδέξασθαι τὴν ἀπόφρισιν, ἂν δὲ γοῖς ἐστὶ παρεπενεπεμένα. νῦν οὖν, ὃς Πρωταγόρα, σμικροῦ τινος ἐνδεής εἰμι πάντ' ἔχειν, εἴ μοι ἀποκρίναι τόδε. τὴν ἀρετὴν φῆς διδακτὸν εἶναι, καὶ ἐγώ, εἴπερ ἄλλῳ τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ σοὶ πείθομαι.

2. αὐτὸς δηλοῖ ex apogr. Parisino 1811 auctoribus Stephano et Hemsterhusio (Anecdot. T. I p. 177) repositum: αὐτὰ B.T. Deinde pro ἀποκρίνασθαι exhibit T ἀποκρίνεσθαι. 8. ἄλλῳ τῷ ἀνθρώπῳ τῶν ἀνθρώπων B. ἀνθρώπων, καὶ scripsi: Post ἀνθρώπων libri addunt πειθούμην ἄν, quae verba recentior. edit. Heindorfio auctore cum proximis coniungunt et extineto πείθομαι scribunt ἀνθρώπων, πειθούμην ἀν καὶ σοί, sed v. Stud. philol. p. 853 sq. et infra annot.

πῶν κατενόει πολλὴν τῆς χώρας .. ἔσημον καὶ ἀργὸν οὔσαν, Aristoph. Acharn. v. 350: τῆς μαρτίλης συχνήν. al., sed multo h. l. languidius est adiectivum quam substantivum δόλιχος, de quo v. ann. ad p. 335 E. Simili significacione hanc vocem posuit Epocrates: δόλιχον τοῖς ἔτεσιν ἥδη τρέχει, longum vitae spatium emetitur, v. Meineke III 367. Longitudinem orationis cum cursus contendit Eupolis in Periclis eloquentia describenda: ὁπότε παρέλθοι δ', ὡσπερ ἀγαθοὶ δρομῆς, ἐκ δέκα ποδῶν ἦσει λέγων τὸν δημόσιον (Schol. Aristoph. Ach. 530), et Strepsiades, ut centum stadiis dicendo omnes Graecos supereret, apud Aristophanem (nub. 430) exoptat; cf. ran. 91 Εὐρυπίδον πλεῖν· ἡ σταδίῳ λαλίστερα (μειοσυνήλια). Quint. Instit. Or. XI 3: Flavius Virginius interrogavit de quodam suo antisophista, quot millia passuum declamasset.

2. ὡς αὐτὸς δηλοῖ] ut res ipsa docet. Frequens formula αὐτὸς δηλοῖ, αὐτὸς δεῖξει, αὐτὸς σημαίνει. Sed inusitatus est numerus pluralis αὐτά.

6. σμικροῦ τινος ἐνδεής εἰμι.] paullulum quid requiro, ut omnia habeam, si mihi ad hoc respondeas. Optativus

post indicativum κατὸ τὸ νοούμενον infertur: nam haec: σμικρός εἰμι; fere idem significant quod: νῦν οὖν πάντ' ἀνθρώποιμι. Stallb.

8. εἴπερ ἄλλῳ τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ σοὶ πειθομαι] Verbis πειθούμην ἄν, quae vulgo post ἀνθρώπων adduntur, librarius quidam ellipsis propé constantem parum scite supplere conatus est. Infra p. 352 D: καὶ ἄμα, εἴπερ τῷ ἄλλῳ, αἰσχρόν εστι καὶ ἐμοὶ. de leg. p. 667 A: προσέχων τούτῳ τὸν νοῦν δρῶ τοῦτο, εἴπερ, ubi de elliptico usu voc. εἴπερ v. Stallbaum. Heindorfius autem, quum grammaticae consuleret, sententiam prorsus evertit, ut eius conjecturam plerisque editoribus probatam esse iure mireris. Socrates modo iis rationibus, quas Protagoras protulisset, sibi persuasum esse dixerat, virtutem doceri posse, v. p. 328 E: ἡ γούμην οὐκ εἶναι ἀνθρωπίνην ἐπιμέλειαν, ἢ οἱ ἀγαθοὶ ἀγαθοὶ γίγνονται, νῦν δὲ πέπεισμα. Hanc eandem sententiam nunc, postquam quid inter oratorem et dialecticum interesset exposuit, aliis verbis exprimit. Nec vero Socrates in proximis rem ipsam, quam concessit, in dubitationem vocat, imo summa con-

ὅ δ' ἔθαιμασά σου λέγοντος, τοῦτό μοι ἐν τῇ ψυχῇ ἀπο-  
πλήρωσον. ἔλεγες γάρ, ὅτι ὁ Ζεὺς τὴν δικαιοσύνην καὶ  
τὴν αἰδῶ πέμψει τοῖς ἀνθρώποις, καὶ αὐτὸν πολλαχοῦ ἐν  
τοῖς λόγοις ἐλέγετο ὑπὸ σοῦ ἡ δικαιοσύνη καὶ σωφροσύνη  
καὶ ὄσιότης καὶ πάντα ταῦτα ὡς ἐν τι εἴη συλληβδην,  
ἀρετή. ταῦτ' οὖν αὐτὰ δίελθε μοι ἀποιβῶς τῷ λόγῳ,  
πότερον ἐν μέν τι ἐστιν ἡ ἀρετή, μόρια δὲ αὐτῆς ἐστιν  
ἡ δικαιοσύνη καὶ σωφροσύνη καὶ ὄσιότης, ἢ ταῦτ' ἐστὶν  
ἄντα δὴ ἐγὼ ἐλεγον πάντα ὄντα τοῦ αὐτοῦ ἐνὸς Δ  
10 ὄντος. τοῦτ' ἐστὶν ὃ ἔτι ἐπιποθῶ.

Cap. XVIII. Ἄλλὰ ὁρίσιον τοῦτό γ', ἔφη, ὁ Σώκρα-  
τες, ἀποκρίνασθαι, ὅτι ἐνὸς ὄντος, τῆς ἀρετῆς, μόρια  
ἐστιν ἄντας. Πότερον, ἔφην, ὥσπερ προσώπου τὰ  
μόρια μόρια ἐστι, στόμα τε καὶ ὄτς καὶ ὀφθαλμοὶ καὶ  
15 ὄτα. ἢ ὥσπερ τὰ τοῦ χρυσοῦ μόρια οὐδὲν διαφέρει  
τὰ ἔτερα τῶν ἔτερων καὶ τοῦ ὄλου, ἀλλ' ἢ μεγέθει καὶ  
σμικρότητι; Ἐκείνως μοι φαίνεται, ὁ Σώκρατες, ὥσπερ Ε  
τὰ τοῦ προσώπου μόρια ἔχει πρὸς τὸ ὄλον πρόσωπον.  
Πότερον οὖν, ἢν δ' ἐγώ, καὶ μεταλαμβάνοντιν οἱ ἄν-

1. *ἐν τῇ ψυχῇ*: in B ἡ *ψυχῇ* omissa sunt, spatio vacuo re-  
licto, ut in hoc libro h. I. alia etiam verba aut mutilata aut  
omissa sunt, vid. Schanzii not. critic. 8. ἡ *ταῦτ'* T: εἰ τ' αὐτὸν B.  
16. τὰ ἔτερα τῶν ἔτερων Sauppe: libri post τῶν ἔτερων habent  
ἄλληλων sed apparet ἄλληλων esse interpretamentum verborum  
τὰ ἔτερα τῶν ἔτερων, recteque dici potuit aut τὰ μόρια διαφέρει  
ἄλληλων καὶ τοῦ ὄλου, aut τὰ μόρια διαφ. τὰ ἔτερα τῶν ἔτερων  
καὶ τοῦ ὄλου. Illo modo Socrates sententiam huius loci repetens  
p. 349 C bis locutus est. Schanz hanc ob causam seclusit verba  
τὰ ἔτερα τῶν ἔτερων, sed cf. p. 330 A sq. et Socrates illud ἄλληλων  
p. 349 C Protagorae tribuit.

stantia eam sua ratione confirmare studet.

1. ὃ δ' ἔθαιμασά σου λέγοντος] Theact. p. 161 B: ὃ δὲ θαυμάζω τοῦ ἔτερον σου. Apolog. Socr. in.: μάλιστα δὲ αὐτῶν ἐν ἔθαιμασα. Men p. 95 C: καὶ Γοργίου μάλιστα ταῦτα ἄγαμα. De rep. II p. 376 A. 367 D. De quo genitivo v. Krüger Gr. 47. 10, 9. Proxima recte interpretatur Heindorfius: hoc, quod mancum est quasi in animo meo, plenum perfectumque redde.

3. πολλαχοῦ] v. p. 325 A et p. 323 E.

13. *Πότερον, ἔφην, ὥσπερ προσώπου* —] Sententia haec est: Utrum illae formae et partes virtutis inter se natura et vi sua diversae sunt, quemadmodum partes corporis; an praeter magnitudinem aut parvitudinem nihil habent, quo inter se differant? De ἀλλ' ἢ v. ad Phaedon. p. 81 B. Stallb.

19. *μεταλαμβάνοντιν* — οὗ δὲ ἄλλο] Construuntur μετέχειν, μεταδιδόναι, μεταλαμβάνειν, aliaque id genus verba cum accusativo, ubi quis in societatem et possessionem alicu-

θρωποι τούτων τῶν τῆς ἀρετῆς μορίων οἱ μὲν ἄλλο, οἱ δὲ ἄλλο, ἡ ἀνάγκη, ἐάνπερ τις ἐν λάβῃ, ἅπαντα ἔχειν; Οὐδαμῶς, ἔφη, ἐπεὶ πολλοὶ ἀνδρεῖοι εἰσιν, ἄδικοι δέ, καὶ δίκαιοι αὖ, σοφοὶ δὲ οὗ. "Εστι γὰρ οὗν καὶ ταῦτα 330 μόρια τῆς ἀρετῆς, ἔφην ἔγώ, σοφία τε καὶ ἀνδρεία; 5 Πάντων μάλιστα δήπου, ἔφη· καὶ μέγιστον γε ἡ σοφία τῶν μορίων. "Εκαστον δὲ αὐτῶν ἐστιν, ἦν δ' ἔγώ, ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο; Ναί. Ἡ καὶ δύναμιν αὐτῶν ἔκαστον ἰδίαν ἔχει, ὥσπερ τὰ τοῦ προσώπου; οὐκ ἐστιν ὁφθαλμὸς οὗν τὰ ὡταὶ οὐδ' ἡ δύναμις αὐτοῦ ἡ αὐτή· οὐδὲ τῶν ἄλλων 10 οὐδέν ἐστιν οὗν τὸ ἔτερον οὕτε κατὰ τὴν δύναμιν οὕτε κατὰ τὰ ἄλλα. ἀρ' οὗν οὕτω καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς μόρια Β οὐκ ἐστι τὸ ἔτερον οὗν τὸ ἔτερον, οὕτε αὐτὸ οὕτε ἡ δύναμις αὐτοῦ; ἡ δῆλα δὴ ὅτι οὕτως ἔχει, εἴπερ τῷ παραδείγματί γε ἔοικεν; Άλλ' οὕτως, ἔφη, ἔχει, ὡς Σώκρατες. 15 Καὶ ἔγώ εἶπον· Οὐδὲν ἄρα ἐστὶ τῶν τῆς ἀρετῆς μορίων

15. οὕτως, ἔφη, ἔχει, ὡς Σώκρατες T: Verba ἔχει, ὡς Σώκρατες om. B et cum eo Sauppe et Schanz, sed in talibus maiore fide dignus est T.

ius rei, quae de pluribus una est, integrae atque plenae venire dicuntur. Quod quid sibi velit, licet exemplo aliquo declarare diligentius. Recte dicitur μετέχω τῶν ιτημάτων, quia ipsum verbum μέτεχειν significat etiam ab aliis bonorum partem possideri: unde fit, ut in hac similibusque sententiis constanti usu frequentetur casus secundus. Sed quando te partem dimidiam bonorum integrum possidere significare volueris, non poteris aliter dicere nisi sic: μετέχω τῶν ιτημάτων τὸ ημισυ: genitivus enim in tali sententia ineptus foret. Stallb. De proximis verbis Protagorae v. ad p. 323 E.

7. Ἔκαστον δὲ αὐτῶν — τὸ δὲ ἄλλο] H. e. αὐτῶν δὲ ἔκαστον τὸ μὲν ἄλλο ἐστί, τὸ δὲ ἄλλο. Phileb. p. 56 D: πὴ ποτε διορισάμενος οὖν ἄλλην, τὴν δὲ ἄλλην θεῖη τις ἀν ἀριθμητικήν; h. e. τὴν μὲν ἄλλην, τὴν δὲ ἄλλην. Eodem modo p. 320 B et infra p. 331 B. p. 334 A.

p. 343 E. p. 355 D. Sophist. p. 221 E. de rep. p. 451 E. Stallb.

9. οὐκ ἐστιν ὁφθαλμὸς] Illustrant haec verba ὥσπερ τὰ τοῦ προσώπου, ideoque ἀσυνδέτως addita sunt. In proximis Stallbaumius distinguendum censuit: ἀρ' οὗν οὕτω καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς μόρια (sc. ἔχει). οὐκ ἐστι τὸ ἔτερον οἷον τὸ ἔτερον, et probat hanc verborum distinctionem Astius ad h. l., sed obstat formula ἡ δῆλα δὴ ὅτι, quae non nisi post interrogationem, ad quam nondum responsum est, infertur.

13. οὕτε αὐτό] P. 333 A: ἀνόμοια καὶ αὐτὰ καὶ αἱ δυνάμεις αὐτῶν. p. 360 E: τί ποτ' ἐστὶν αὐτὸ η ἀρετή. Significat αὐτό in his rem ipsam per se et universe spectatam.

15. οὕτως, ἔφη, ἔχει, ὡς Σώκρατες.] Haec Protagorae personae optime nunc convenient, nam ille in priore parte dialogi insignem prae se fert comitatem et prolixitate respondendi utitur ut p. 329 D, 330 A al.

ἄλλ' οἶον ἐπιστήμη, οὐδ' οἶον δικαιοσύνη, οὐδ' οἶον ἀνδρεία, οὐδ' οἶον σωφροσύνη, οὐδ' οἶον ὄσιότης. Οὐκ ἔφη. Φέρε δή, ἔφην ἐγώ, κοινῇ σκεψώμεθα, ποιῶν τι αὐτῶν ἔστιν ἔκαστον. πρῶτον μὲν τὸ τοιόνδε· ἡ δικαιοσύνη πρᾶγμά τι ἔστιν, ἢ οὐδὲν πρᾶγμα; ἐμοὶ μὲν γὰρ σδοκεῖ· τι δὲ σοί; Καὶ ἐμοί, ἔφη. Τί οὖν; εἰ τις ἔροιτο ἔμέ τε καὶ σέ, Ὡ Πρωταγόρα τε καὶ Σώκρατες, εἴπετο δή μοι, τοῦτο τὸ πρᾶγμα, ὁ ὠνομάσατε ἄρτι, ἡ δικαιοσύνη, αὐτὸ τοῦτο δίκαιον ἔστιν, ἢ ἄδικον; ἐγὼ μὲν 10 ἂν αὐτῷ ἀποκριναίμην, δτι δίκαιον· σὺ δὲ τίν' ἂν ψῆφον θεῖο; τὴν αὐτὴν ἐμοί, ἢ ἄλλην; Τὴν αὐτὴν, ἔφη. "Ἔστιν ἄρα τοιοῦτον ἡ δικαιοσύνη, οἶον δίκαιον εἶναι, D φαίην ἀν ἔγωγε ἀποκρινόμενος τῷ ἔρωτῶντι· οὐκοῦν καὶ σύ; Ναί, ἔφη. Εἰ οὖν μετὰ τοῦτο ἡμᾶς ἔροιτο· 15 οὐκοῦν καὶ ὄσιότητά τινά φατε εἶναι; φαῦμεν ἄν, ὡς ἐγῶμαι. Ναί, ἢ δ' ὁς. Οὐκοῦν φατε καὶ τοῦτο πρᾶγμά τι εἶναι; φαῦμεν ἀν ἢ οὐ; Καὶ τοῦτο συνέφη. Πότερον δὲ τοῦτο αὐτὸ τὸ πρᾶγμα φατε τοιοῦτον πεφυκέναι, οἶον ἀνόσιον εἶναι, ἢ οἶον ὄσιον; ἀγανακτήσαιμ' ἀν 20 ἔγωγ', ἔφην, τῷ ἔρωτήματι, καὶ εἰποιμ' ἄντε Eύφημει, ὁ ἄνθρωπε· σχολῆ μεντάν τι ἄλλο ὄσιον εἴη, εἰ μὴ αὐτή γε ἡ ὄσιότης ὄσιον ἔσται· τί δὲ σύ; οὐχ οὔτως ἀν ἀποχρίναιο; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη.

1. ἄλλ' οἶον B: ἄλλο οἶον T. 6. καὶ ἐμοί, quod Protagoram, ut ex gente Ionum, decet, T: Κάμοι Hirschig et Schanz, καὶ μοι B, cf. ad p. 350 C. 19. ἀγανακτήσαιμ' ἀν T: ἀγανακτήσαιμεν B. 20. ἔφην olim iam correctum: ἔφη BT. 21. αὐτή γε T: αὐτη γε B.

4. πρῶτον μὲν τὸ τοιόνδε]  
Int. σκεψώμεθα.

7. Ὡ Πρωταγόρα τ. κ. Σώκρατες] E vulgari loquendi modo Socrates dicere debuit Ὡ Σώκρατες τ. κ. Πρωταγόρα, v. p. 311 D, 316 A. al., sed honoris causa Protagorae ut homini aetate multo antecedenti (v. p. 317 C) et usu ac doctrina praestanti priorem locum concedit. Eadem verborum colloctione Socrates infra p. 353 A usus est: ἔροιντ, ἄν ἡμᾶς Ὡ Πρωταγόρα τε καὶ Σώκρατες.

9. αὐτὸ τοῦτο δίκαιον ἔστιν] Num hoc ipsum est,

quod nomen eius indicat, videlicet iustum. Stallb.

10. τίν' ἀν ψῆφον θεῖο; τὴν αὐτὴν ἐμοί] Ante τὴν αὐτὴν intell. πότερον, usu frequenti, quem illustraverunt Heindorf ad Gorg. 141. Astius ad legg. p. 130. Stallb.

7. τῆς τε Ἑλλάδος εἰς αὐτὸ τὸ πρυτανεῖον] Hippias homo sapientia sua mirifice inflatus sophistas praedicat tanquam omnium Graecorum sapientissimos, eaque ipsa de causa (*κατ' αὐτὸ τοῦτο*) se familiaresque suos dicit in hanc quasi sacram sedem artium ac doctrinarum, h. e. Athenas, convenisse atque in huius ipsius urbis florentissima beatissima domo commorari. Prytanea fuerunt aedificia Vestae sacra, in cuius honorem perpetuus ibi ignis fovebatur. Huiusmodi prytanea in omnibus Graeciae urbibus erant. v. Casaubon. ad Athen. XV p. 700 D. Stallb. Athen. p. 187 D: *τὴν Ἀθηναῖον πόλιν, τὸ τῆς Ἑλλάδος μουσεῖον, ἣν δὲ μὲν Πίνδαρος Ἑλλάδος ἔρεισμα ἔφη, Θουνδίδης δὲ ἐν τῷ εἰς Εὐριπίδην ἐπιγράμματι Ἑλλάδος Ἑλλάδα, δὲ δὲ Πύθιος ἐστίαν καὶ πρυτανεῖον τῶν Ἑλλήνων.* cf. idem p. 254 B. Aelian. V. H. IV 6. Thuc. II 41. Magni autem Athenienses tales laudes fecerunt, v. Isocrat. 15, 156: *Πίνδαρος τὸν ποιητὴν οἱ πρὸ ημῶν γεγονότες ὑπὲρ ετοὺς μονον ὁγματος, ὅτι τὴν πόλιν ἔρεισμα τῆς Ἑλλάδος ὠνόμασεν, οὗτος ἐτίμησαν ὡστε καὶ πρόξενον ποιησασθαι καὶ δωρεὰν μνημάτων αὐτῷ δοῦναι δραχμάς.*

αὐτῆς τῆς πόλεως εἰς τὸν μέγιστον καὶ ὀλβιώτατον οἶκον  
Ε τόνδε, μηδὲν τούτου τοῦ ἀξιώματος ἄξιον ἀποφήνασθαι,  
ἄλλ' ὥσπερ τοὺς φαυλοτάτους τῶν ἀνθρώπων διαφέρε-  
σθαι ἀλλήλοις. ἐγὼ μὲν οὖν καὶ δέομαι καὶ συμβουλεύω,  
ὦ Πρωταγόρα τε καὶ Σώκρατες, συμβῆναι ὑμᾶς ὥσπερ 5  
338 ὑπὸ διαιτητῶν ἡμῶν συμβιβαζόντων εἰς τὸ μέσον, καὶ  
μήτε σὲ τὸ ἀκριβὲς τοῦτο εἶδος τῶν διαλόγων ζητεῖν τὸ  
κατὰ βραχὺ λίαν, εἰ μὴ ἡδὺ Πρωταγόρα, ἀλλ' ἐφεῖναι  
καὶ χαλάσαι τὰς ἡνίας τοῖς λόγοις, ἵνα μεγαλοπρεπέστεροι  
καὶ εὐσχημονέστεροι ἡμῖν φαίνωνται, μήτ' αὖ Πρωταγό- 10

10. ἡμῖν Stephanus et rec. man. duo apographa: ὑμῖν BT,  
Bekker, Ast et ex novissimis editoribus Cron, sed talem lectionem  
una sententiae ratione dijudicandam esse appetet ex not. critic.  
ad p. 337 C.

5. συμβῆναι ὑμᾶς — εἰς τὸ μέσον] In his συμβῆναι εἰς τὸ μέσον idem est quod mox dicitur μέσον τι ἀμφοτέροις τεμεῖν. Vult enim eos ita conciliare, ut alter alteri aliquid concedat et media quaedam via in disputando ineatur. Stallb.

ὥσπερ ὑπὸ διαιτητῶν ἡμῶν] H. e. ὑφ' ἡμῶν ὥσπερον. De ὑπὸ cum verbo συμβαίνειν coniuncto v. Krüger Gr. 52, 3, 1, et haec verborum traiectio quum in comparationibus apud Platonem frequens sit, tum prope est legitima, quum pronomen comparatione illustratur. Pauca enim inveneris exempla, quale est de rep. p. 328 D: παρόν ἡμᾶς φοίτα ὡς παρὰ φύλονς, plerumque pronomen verbis, quibus comparatio continetur, aut postponitur aut interponitur, ut p. 352 B οὐδὲ ὡς περὶ τοιούτον αὐτοῦ ὄντος dictum est pro οὐδὲ περὶ αὐτοῦ ὡς ὄντος τοιούτον. Phileb. p. 61 C: καθάπερ ἡμῖν οἰνοχόοις τισί pro ἡμῖν καθ. οἰν. τ. Ibid. p. 59 E: καθάπερει δημιουργοῖς ἡμῖν. de leg. p. 692 C: καταφεονήσας ὡς ὄντων ἡμῶν βραχέος ἀξιών. Praepositio praecedente comparatione cum particula ὡς nusquam iteratur, cum particula ὥσπερ raro. Tim. p. 27 B: ὡς εἰς δικαστὰς

ἡμᾶς. de rep. p. 545 E: ὡς πρὸς παιδας ἡμᾶς παιζούσας. Phaedon. p. 67 C: ὥσπερ ἐν δεσμῶν ἐν τοῦ σώματος. — De διαιτηταῖς ‘disceptatoribus et reconciliatoribus’ v. Hermann Griech. Antiquit. III 69, 14.

7. ζητεῖν τὸ κατὰ βραχὺ λίαν] λίαν referendum esse ad ζητεῖν docent proxima, ubi item de Protagora: μήτ' αὖ Πρωταγόραν πάντα καλῶν ἐντείναντα πτέ. Postposita est vocula cum vi et gravitate. Opponitur autem τὸ εἶδος τῶν διαλόγων τὸ κατὰ βραχὺ deinceps τῷ ἐφεῖναι καὶ χαλάσαι τὰς ἡνίας τοῖς λόγοις, in quibus verbis habenae orationis exquisita metaphora dicuntur de modo orationem moderandi et tractandi, cf. de leg. p. 701 C: δεῖ οἶόνπερ ἵππον τὸν λόγον ἐκάστοτε ἀναλαμβάνειν, καὶ μὴ καθάπερ ἀχάλινον κεκτημένον τὸ στόμα, βίᾳ ὑπὸ τοῦ λόγου φεοόμενον κατὰ τὴν παροιμίαν ἀπό τινος ὄνον πεσεῖν.

9. ὕνα — ἡμῖν φαίνωνται] Hippias ad unum Socratem versus haec dicit eumque hor-tatur, ut orationi habenas im-mittat et laxas teneat, quo magnificenter ea et splendidior audientibus appareat. Pro ἡμῖν dici potuit σοί, sed ὑμῖν recte explicari nequit.

ραν πάντα κάλων ἐκτείναντα, οὐδίς ἐφέντα, φεύγειν εἰς τὸ πέλαγος τῶν λόγων ἀποκρύψαντα γῆν, ἀλλὰ μέσον τι ἀμφοτέρους τεμεῖν. ὡς οὖν ποιήσετε, καὶ πείθεσθε μοι ὁρθοῦχον καὶ ἐπιστάτην καὶ πρύτανιν ἐλέσθαι, ὃς βέβαιος τιλάξει τὸ μέτρον μῆκος τῶν λόγων ἐκπατέον.

1. *κάλον* B, *κάλον* T, sed in hoc verum additum. 3. ὡς B: ὡς secundum T Schanz. *ποιήσετε* BT: *ποιήσατε*, quod iam Beckius malebat, Schanz. cf. Krüger 53. 7, 4. *πείθεσθε μοι* BT: *πιθεσθέ μοι* Schanz.

1. *πάντα κάλων ἐκτείναντα*] Metaphora petita est a re nautica, quod mirum nemini poterit videri, qui immensam orationis ubertatem atque copiam cum vasto pelago comparari solere meminerit. Parmenid. p. 137 A: *πᾶς χρὴ τηλικόνδε δύντα διανεῦσαι τοιοῦτόν τε καὶ τοσοῦτον πέλαγος λόγων*; de republ. V p. 453 D: *οὐκοῦν καὶ ηὗν νευστέον καὶ πειρατέον σώζεσθαι ἐκ τοῦ λόγου*; Et *πάντα κάλων ἐκτείνειν, κινεῖν, ἔξιέναι*, est omnem funem contendere, omnes rudentes solvere. v. Valcken. Diatr. in Eurip. Fragm. p. 334. Stallb. Eodem simili usus est Cicero Tusc. IV 5, 9; Quaerebam, utrum pandarem vela orationis statim, an eam ante paullulum dialecticorum remis propellerem.

*οὐρία ἐφέντα — τεμεῖν]* in ventum secundum se immittentem, h.e. vento secundo vela dantem, accipientem ventum a tergo, ut loquitur Ovid. Metamorph. XII 37. Verbum *ἐριέναι* intransitivo significatu positum attigimus annot. ad p. 336 A. Ante *οὐρία ἐφ.* ne quis καί interpolendum cum Stephano suspicetur, v. Euthyphr. p. 4 C. Apolog. Socr. p. 27 A ibique annot. — *ἀποκρύπτειν γῆν* e conspectu terrae auferri; ut abscondere terram dicuntur navigantes, qui tam longe in altum proiecti sunt, ut terram non amplius possint conspicere. Virgil. Aen. III 291: Phaea cum abscondimus arces,

conf. intpp. ad Thucyd. V 65. — *μέσον τέμνειν* dicuntur nautae, qui scopolis interclusi medium tenent cursum, ne in alterutrum impingant, ut bene interpretatur Stephanus in Thes. L. G. Politic. p. 262 B: *διὰ μέσων δὲ ἀσφαλέστερον λέναι τέμνοντας*. Epist. VIII p. 355 D. Hippias igitur eos vult *μέσον τέμνειν* ita, ut Socrates nimiam disserendi brevitatem, Protagoras prolixam et fusam orationem evitent. Stallb. De Hippia e sententia conf. Phaedr. p. 267 B: *Πρόδικος ἐγέλασε καὶ μόνος αὐτὸς εὐδηκέναι ἔφη ὅν δεῖ λόγων δεῖν δὲ οὔτε μακρῶν οὔτε βραχέων, ἀλλὰ μετρίων*.

3. ὡς οὖν ποιήσετε —] Sic igitur facietis; de ὡς v. ad p. 326 D; de ceteris Stallbaum haec annotavit: Futurum *ποιήσετε* quem leniore quadam cohortandi vi praeditum sit, mirandum non est, quod statim subiungitur imperativus. Eodem modo Sophocel. Antigon. v. 876: *οὐκ ἄξετε .. καὶ ἄφετε*. De proximis Schol. *ὁρθοῦχοι ἀνδρες τῆς τῶν θεάτρων εὐνοσμίας ἐπιμελούμενοι*. Similia habet Schol. ad Aristoph. Pac. v. 733, qui tamen addit: *ἡ ὁρθοῦχος εἶπε τοὺς ξειτὰς τοῦ ἀγῶνος, οὓς ὁ ποιητὴς αἰσημνήτας εἶπεν*. Ac profecto de ludorum praesidiibus hic cogitandum, quos constat a scipione, quem gestabant, ita appellatos esse. v. Fabri Agonist. I 19. Nam ubi apparitores intellexeris, parum apte epistles et prytanis commemorari videantur necesse est, de quibus v. ad apolog. p. 32 B.

Cap. XXV. Ταῦτα ἥρεσε τοῖς παροῦσι, καὶ πάντες ἐπήνεσαν, καὶ ἐμέ τε ὁ Καλλίας οὐκ ἔφη ἀφῆσειν, καὶ ἐλέσθαι ἐδέοντο ἐπιστάτην. εἶπον οὖν ἐγὼ δὲτι αἰσχρὸν εἴη βραβευτὴν ἐλέσθαι τῶν λόγων. εἶτε γὰρ χείρων ἔσται ἡμῶν ὁ αἰρεθεὶς, οὐκ ὑφθῶς ἀν ἔχοι τὸν χείρων τῶν βελτιόνων ἐπιστατεῖν, εἶτε ὅμοιος, οὐδὲ οὗτος ὁρθῶς· ὁ γὰρ ὅμοιος ἡμῖν ὅμοια καὶ ποιήσει, ὥστε ἐκ περιττοῦ ἥρησεται. ἀλλὰ δὴ βελτίονα ἡμῶν αἰρήσεσθε τῇ μὲν ἀληθείᾳ, ὡς ἐγῶμαι, ἀδύνατον ὑμῖν, ὥστε Πρωταγόρου τοῦτο σοφώτερον τινα ἐλέσθαι· εἰ δὲ αἰρήσεσθε μὲν μηδὲν βελτίω, φήσετε δέ, αἰσχρὸν καὶ τοῦτο τῷδε γίγνεται, ὥσπερ φαύλῳ ἀνθρώπῳ ἐπιστάτην αἰρεῖσθαι· ἐπεὶ τό γ' ἐμὸν οὐδέν μοι διαφέρει. ἀλλ' οὐτωσὶ ἐθέλω ποιῆσαι, ἵν' ὁ προθυμεῖσθε συνουσίᾳ τε καὶ διάλογοι ἡμῖν γίγνωνται· εἰ μὴ βούλεται Πρωταγόρας ἀποκρίνεσθαι, οὗτος μὲν ἐρωτάτω, ἐγὼ δὲ ἀποκρινοῦμαι, καὶ Δῆμα πειράσομαι αὐτῷ δεῖξαι, ὡς ἐγώ φημι χρῆναι τὸν ἀποκρινόμενον ἀποκρίνεσθαι· ἐπειδὴν δὲ ἐγὼ ἀποκρίνω-

2. καὶ ἐμέ γε Ast de Heindorfi sententia scripsit. 8. ηρήσεται B, ἥρησεται T, εἱρήσεται, ut in T ascriptum, edit. Aldina, unde Stephanus effinxit αἰρεθῆσεται. cf. Dion. Hal. de comp. verb. VI 39, 6 et Krüger 31. 11, 2. 9. ἀδύνατον ὑμῖν, ὥστε BT: ἀδύνατον ὃν ὑμῖν ἴστε Badham. 11. φήσετε T: φήσεται B.

2. καὶ ἐμέ τε ὁ K.] Vocabula τε ut saepe trajecta est. Nam haec dicit Socrates: omnes laudabant meque et Callias retinebat et (omnes) orabant, ut praesidem deligerem. Aliquanto concinnior oratio esset, si pro ἐδέοντο scriptum esset ἐκελευνον s. ἥξιον.

7. ὥστε] Coniunctio post ἀδύνατον illata est, ubi simplicem infinitivum exspectes, quem usum multis exemplis illustravit Heindorf ad h. 1. et ad Phaedr. p. 269 D: τὸ μὲν δύνασθαι, ὥστε ἀγωνιστὴν τέλεον γενέσθαι, εἰκός ἔχειν ὥσπερ τὰλλα. cf. Krüger Gr. 65. 3, 1.

8. ἀλλὰ δὴ βελτίονα ἡμ.] At enim nobis meliorrem eligetis. Nam ἀλλὰ δὴ ponitur, ubi quod ab altero possit obiici, id ab eo ipso, qui loquitur, statim cōmemoratur

ac refellitur. v. ad Criton. p. 54 A. Pro βελτίονα statim post infertur βελτίω, quae forma ap. Plat. multo frequentior. Plenior forma invenitur Sophist. p. 245 B (πλέονα). Gorg. 486 B (χείρονα). Tim. 39 A (μείζονα), ubi v. Stallb. Epistol. VII p. 345 B (μείζονα), de leg. p. 840 C. al. Valet et in his numeri ratio, quare Phaedon. p. 101 A: ἔαν μείζονα φῆς καὶ ἔλαττω.

13. ἐπεὶ τό γ' ἐμὸν —] nam quantum quidem ad me attinet. De rep. p. 345 A: τό γ' ἐμὸν οὐ πείθουμαι. sophist. 237 B τὸ μὲν ἐμὸν ὅπῃ βούλει τίθεσο αὐτό.

ἀλλ' οὐτωσὶ ἐθέλω ποιῆσ.] H. e. praesidem, ut vos me iubetis, diligere nolo, sed etc. Accuratus hoc quod facere velit explicat proximis verbis εἰ μὴ βούλεται Πρωτ. πτέ.

μαι ὁπόσ' ἀν οὗτος βούληται ἐρωτᾶν, πάλιν οὐτος ἔμοὶ λόγον ὑποσχέτω διοίωσ. ἐὰν οὖν μὴ δοκῇ πρόθυμος εἶναι πρὸς αὐτὸ τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνεσθαι, καὶ ἐγὼ καὶ ὑμεῖς κοινῇ δεησόμεθα αὐτοῦ ἀπερ ὑμεῖς ἔμοῦ, μὴ διαφθείρειν τὴν συνουσίαν. καὶ οὐδὲν δεῖ τούτου ἔνεκα ἔνα ἐπιστάτην γενέσθαι, ἀλλὰ πάντες κοινῇ ἐπιστατήσετε. Εἴδόκει πᾶσιν οὕτω ποιητέον εἶναι. καὶ δὲ Πρωταγόρας πάνυ μὲν οὐκ ἥθελεν, δικαστὴ δὲ ἡναγκάσθη διολογῆσαι ἐρωτήσειν, καὶ ἐπειδὴν ἵκανως ἐρωτήσῃ, πάλιν δώσειν 10 λόγον κατὰ σμικρὸν ἀποκρινόμενος. ἥρξατο οὖν ἐρωτᾶν οὗτοσι πως.

Cap. XXVI. Ἡγοῦμαι, ἔφη, ω̄ Σώκρατες, ἐγὼ ἀνδρὶ παιδείας μέγιστον μέρος εἶναι περὶ ἐπῶν δεινὸν εἶναι· ἔστι δὲ τοῦτο τὰ ὑπὸ τῶν ποιητῶν λεγόμενα οἷόν τ' 339 15 εἶναι ξυνιέναι ἢ τε ὀρθῶς πεποίηται καὶ ἢ μή, καὶ ἐπί-

1. ὁπόσ' B: ὅπως T. pro ἀποκρίνωμαι in BT exstat ἀποκρίνομαι.

3. πρὸς αὐτὸ τὸ ἐρωτ. ἀπ.] ad id ipsum, quod interrogatum fuerit, respondere, non aliena immiscere atque δημηγορεῖν. Stallb.

5. διαφθείρειν] perdere, disturbare, idemque h. l. vallet ac nostrum voc. vereiteln.

10. κατὰ σμικρὸν ἀποκριν.] Sophist. p. 217 D: μὴ κατὰ σμικρὸν ἔπος πρὸς ἔπος ποιεῖσθαι τὴν συνουσίαν, ἀλλ' ἔκτείνανται ἀπομηκύνειν λόγον συχνὸν, ubi κατὰ σμικρὸν additis verbis ἔπος πρὸς ἔπος clarius illustratur.

12. ἀνδρὶ παιδείας μέγιστον μέρο.] Supra p. 326 vidi mus Graecos maximeque Athenienses iam puerili disciplina poetarum praeceptis imbutos fuisse. Poetae enim quasi parentes sapientiae optimique virtutis magistri visi sunt. Id vero studium quamvis iam tum a Xenophane et ab Heraclio improbatum esset, tamen ludorum fines exurrit et civium cupiditate quam a rhapsodis tum a sophistis inflammata ita auctum est, ut de poetarum verbis et

sententiis in conviviis, in gymnasiis, in aliis locis crebri essent sermones et concertationes, quid recte dictum esset, quid secus. Eiusmodi controversiam Aeschylum et Euripidem inter se habentes fecit Aristophanes ran. v. 1120 sqq., quae antequam instituitur, facete omnes spectatores dicuntur tam subtile disputations callere: Εἰ.. καταφοβεῖσθον, μή τις ἀμαθία προσῆι Τοῖς θεωμένοισιν, ὡς τὰ Λεπτά μὴ γνῶναι λεγόντοιν, Μηδὲν ὀρρωδεῖτε τοῦθ'. ὡς οὐκ ἔθ' οὔτω ταῦτ' ἔχει. Ἐστρατευμένοι γάρ εἰσι Βιβλίον τ' ἔχων ἔκαστος μανθάνει, τὰ δεξιά.

15. καὶ — διελεῖν] Enarratio poetarum et ars grammatica a Protagora conditae sunt, vid. prolegom. p. 5, et utraque iam opus erat, quod carminum sententiae saepe tecte significatae et verba multa a quotidiani sermonis usu abhorrentia sine interpretatione a plerisque perperam intelligebantur: αἴτιον τῆς γραμματικῆς η ἀσάφεια. . ἐν τοῖς ποιήμασι ήτε. Bekker anecdote. I 656. Et Platonii Si-

στασθαι διελεῖν τε καὶ ἐρωτώμενον λόγον δοῦναι. καὶ δὴ καὶ νῦν ἔσται τὸ ἐρώτημα περὶ τοῦ αὐτοῦ μέν, περὶ οὗπερ ἔγω τε καὶ σὺ νῦν δὴ διελεγόμεθα, περὶ ἀρετῆς, μετενηγμένον δὲ εἰς ποίησιν· τοσοῦτον μόνον διοίσει. λέγει γάρ που Σιμωνίδης πρὸς Σκόπαν, τὸν Κρέοντος 5 νιὸν τοῦ Θετταλοῦ, ὅτι

B "Ἄνδρος ἀγαθὸν μὲν ἀλαζέως γενέσθαι χαλεπόν,  
χερσίν τε καὶ ποσὶ καὶ νόῳ τετράγωνον, ἄνευ ψόγου  
τετυγμένον.

3. νῦν δὴ διελεγόμενα Stallbaum: νῦν διαλεγόμενα BT, νῦν διελεγόμενα apogr. Quae ultimo loco disputata erant, ad virtutem non pertinebant neque ex iis, sed ex superioribus Protagoras novam de virtute quaestione nexus erat, quapropter praesens διαλεγόμενα non potuit usurpare. 8. χερσίν, non χερσί, quod in BT habetur, a Platone positum esse ex metro reliquarum stropharum cognoscitur.

monides magis quam alii poetae dictionis obscuritate insignis esse visus est, cf. de rep. 331 D τοῦτο ὁ τί ποτε λέγει (ὁ Σιμωνίδης) σὺ μὲν ἵστης γιγνώσκεις, ἔγω δὲ ἀγνοῶ, ibid. p. 332 Β ἥντιξατο, ὡς ἔστιν, ὁ Σιμωνίδης ποιητικῶς τὸ δίκαιον ὁ εἶη. Sed grammatici officia illis temporibus non solum sententiarum explicatione verborumque interpretatione constabant, verum etiam recta membrorum orationis distinctione, ut doceret, quem ad modum verba inter se coniungenda aut seiungenda essent; v. Isocrat. or. 12, 17: τοὺς λόγους μονὲ ἐλυμαίνοντο (οἱ σοφισταὶ), παραναγγιγνώσκοντες ὡς δυνατὸν κάκιστα τοῖς ἑαυτῶν καὶ διαιροῦντες οὐκ ὄρθως καὶ κατανιγούτες καὶ πάντα τρόπον διαφθείροντες. Cum iis quae dixi Protagoras coniunxit doctrinam de recta verborum locutione, quam ὄρθοέπειλαν vobat. cf. Phaedr. p. 267 C, Cratyl. 391 A, Aristot. rhetor. III 5.

5. λέγει — Σιμωνίδης] Simonides Ceus, poeta lyricus, bellorum Medicorum aetate floruit. Is sophistarum instar Graeciam peragrans laudes eorum scripsit, qui honore et pecunia eum ornabant. In quibus erat Scopas,

Thessalorum princeps, v. Cicer. de Orat. II 86. Quint. Inst. Or. XI 2, 11. De Scopadarum gente explicuit Perizon. ad Aelian. V H. XII 1. de hoc, Creontis filio, v. schol. ad Theocr. XVI 36: Οἱ Σκοπάδαι Κρανώνιοι τὸ γένος· Κραίνων δὲ πόλις Θεσσαλίας, ὅθεν Σκόπας ὁ Κρανώνιος, Κράοντος καὶ Ἐχενρατίδος νήσος. — Protagoram mercede accepta Simonidis carmina interpretatum esse narrat Themistius or. 23 p. 289 D. Noli tamen credere alium eius memoriae fontem fuisse praeter Platonis scripta.

7. Ἄνδρος ἀγαθόν] Verba Simonidea ab Hermanno ad numeros revocata inveniuntur in prolegom. p. 33.

8. χερσίν τε — τετράγωνον] Muretus ad Aristotel. Ethica I 10, ubi haec laudantur, eumque secutus Gesnerus in Thesauro s. v. Quadratus, recte iudicarunt metaphoram ductam esse a corpore quadrato, ita formato, ut quomodounque iaciatur, semper rectum permaneat; vel a quadrata figura, undique sui simili et aequali. Et fuit quadratum etiam Pythagoreis signum aequalitatis et perfectionis. Aristotel. rhet. III 11: τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα φάναι

τοῦτο ἐπίστασαι τὸ ἄσμα, ἢ πᾶν σοι διεξέλθω; Καὶ ἐγὼ  
εἶπον ὅτι Οὐδὲν δεῖ ἐπίσταμαι τε γάρ, καὶ πάνυ μοι  
τυγχάνει μεμεληκός τοῦ ἄσματος. Εὖ, ἔφη, λέγεις. πότε-  
ρον οὖν καλῶς σοι δοκεῖ πεποιῆσθαι καὶ δρθῆσ, ἢ οὐ;  
5 Πάνυ, ἔφην ἐγώ, καλῶς τε καὶ δρθῆσ. Δοκεῖ δέ σοι  
καλῶς πεποιῆσθαι, εἰ ἐναντία λέγει αὐτὸς αὐτῷ ὁ ποιη-  
τής; Οὐ καλῶς, ἢν δ' ἐγώ. Ὅρα δὴ, ἔφη, βέλτιον. Ἄλλ', Σ  
ωγαθέ, ἔσκεμμαὶ ἵκανῶς. Οἰσθα οὖν, ἔφη, ὅτι προϊάν-  
τος τοῦ ἄσματος λέγει που

10 Οὐδέ μοι ἐμμελέως τὸ Πιττάκειον νέμεται  
καίτοι σοφοῦ παρὰ φωτὸς εἰρημένον· χαλεπὸν φάτ'  
ἐσθλὸν ἔμμεναι.

ἐννοεῖς, ὅτι ὁ αὐτὸς οὗτος καὶ τάδε λέγει κάκεῦνα τὰ  
ἔμπροσθεν; Οἶδα, ἢν δ' ἐγώ. Δοκεῖ οὖν σοι, ἔφη, ταῦτα

3. πότερον οὖν apographa: πότερον οὖ B T. 5. ἐγώ, κα-  
λῶς τε καὶ Bekker: ἐγώ τε καὶ B, ἐγωγε καὶ T.

εῖναι τετράγωνον μεταφορά. ἀμ-  
φωγὰ τέλεια. Sopater ap. Stob.  
Serm. 44 p. 311 ed. Gesn.: τίς οὖν  
οὗτος κατὰ τὸν Σιμωνίδον λόγον  
τετράγωνος, ὃς κατὰ πᾶσαν τύ-  
χην καὶ πραγμάτων μετάστασιν  
ἀσφαλῶς ἐστήξεται; Etiam verba  
ἄνευ ψόγου τετυγμένον multum  
celebrata sunt. Iulian. Caes.  
p. 333 B: δοκεῖ γὰρ εἶναι μοι  
πως ἀνὴρ κατὰ Σιμωνίδην τε-  
τράγωνος, ἄνευ ψόγου τετυγμέ-  
νος. Plura v. in Gaisfordi  
Poetis Minoribus T. III p.  
193 sqq. ed. Lips., ubi de toto  
hoc carmine Simonideo dispu-  
tatur. Stallb.

10. Οὐδέ μοι ἐμμελέως —]  
Neque ego Pittaci vocem,  
quamvis sapientis homini-  
nis rectam duco. ἐμμελέως  
coniungendum cum εἰρημένον,  
et νέμεται idem est ac νομίζε-  
ται, primitivo pro derivato po-  
sito. Fuit autem lyricorum poe-  
tarum proprium, quae ipsi di-  
cerent, ea aut confirmare aucto-  
ritatibus aut contra eas defen-  
dere, v. Pindar. Pyth. IV 277.  
Nem. VII 20. Isthm. V 67. fragm.  
190, iisque testibus grammatici,  
quum de scriptorum aetate aut

de carminis auctore ambigere-  
tur, non semel usi sunt, veluti  
Athen. p. 172 E: ὅτι δὲ τὸ ποιή-  
μα τοῦτο (Ἄθλα dicit) Στησιχό-  
ρον ἐστὶν ἵκανώτατος μάρτυς  
Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς πτέ. Id.  
p. 512 F al.

11. χαλεπὸν φάτ' ἐσθλὸν  
ἔμμεναι] Est haec vox Pittaci no-  
bilissima, cuius de origine quae  
Zenobius (6, 38) et scholiastes  
ad Hipp. I p. 304 E narraverunt,  
Erasmus, quem laudavit Astius,  
eleganter sic latine reddidit  
(Adagior. Chil. II Cent. 1, 12):  
Periander Corinthius initio pop-  
ulariter ac moderate gerebat  
imperium, postea versis mori-  
bus tyrannice agere coepit. Id  
similatque cognitum esset Pittaco Mytilenaeo, diffisum de sui  
ipsius animi constantia, magi-  
stratum deposuisse relictoque  
imperio in exilium abiisse. Per-  
contantibus deinde quibusdam,  
qua gratia fugisset imperium,  
respondisse 'quod admodum es-  
set arduum probum esse, prop-  
ter mutatum Periandrum.' Qui-  
bus auditis Solcnem addidisse  
suum apophthegma χαλεπὰ τὰ  
καλά.

έκείνοις ὁμολογεῖσθαι; Φαίνεται ἔμοιγε. Καὶ ὅμα μέντοι ἐφοβούμην, μή τι λέγοι. Ἀτάρ, ἔφην ἐγώ, σοὶ οὐ φαίνεται; Πῶς γὰρ ἀν φαίνοιτο ὁμολογεῖν αὐτὸς ἑαυτῷ ὁ ταῦτα ἀμφότερα λέγων, ὃς γε τὸ μὲν πρῶτον αὐτὸς ὑπέθετο χαλεπὸν εἶναι ἄνδρα ἀγαθὸν γενέσθαι ἀληθείᾳ, δὲ τοῦ ποιῆματος εἰς τὸ πρόσθεν προελθὼν ἐπελάθετο, καὶ Πιττακὸν τὸν ταῦτα λέγοντα ἑαυτῷ, ὅτι χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμεναι, τοῦτον μέμφεται τε καὶ οὐ φησιν ἀποδέχεσθαι αὐτοῦ τὰ αὐτὰ ἑαυτῷ λέγοντος. καίτοι ὅπότε τὸν ταῦτα λέγοντα αὐτῷ μέμφεται, δῆλον ὅτι καὶ 10 ἑαυτὸν μέμφεται, ὥστε ἡτοι τὸ πρότερον ἢ ὑστερον οὐκ ὀρθῶς λέγει. Εἰπὼν οὖν ταῦτα πολλοῖς θόρυβον παρέσχε Ε καὶ ἔπαινον τῶν ἀκονόντων. καὶ ἐγὼ τὸ μὲν πρῶτον, ὡσπερεὶ ὑπὸ ἀγαθοῦ πύκτου πληγείς, ἐσκοτώθην τε καὶ ἵλιγγιασα εἰπόντος αὐτοῦ ταῦτα καὶ τῶν ἄλλων ἐπιθορν— 15

5. ἀληθείᾳ BT: in T ascriptum ἀλαθείᾳ. At vero haec non Simonidis verba sunt, sed Protagorae, qui Simonidea sua dialecto interpretatur, v. p. 340 B. 11. ἡτοι τὸ πρότερον: pro hac certa et typis semper exscripta lectio habet B ἡγοῦτο πότερον, nec verum scriba libri T invenit, in eo autem ἡτοι τὸ memoratum et πρότερον emendatum est. 13. καὶ ἔπαινον Sauppe delet, sed v. ann. 15. εἱλιγγίασα Schanz ex BT recepit, quamquam ipse — cf. praefat. vol. VII § 1 — probat ἵλιγγος.

2. Ἀτάρ — σοὶ οὐ φαίνεται;] Socrates iam nunc in consuetudinem suam interrogandi recidit nec Protagoras hoc moleste fert, ut Euthydemus in cognomine dialogo p. 295 B οὐκ αἰσχύνει, ἔφη, ὡς Σωκρατες; ἔρωτάμενος ἀντερωτᾶς.

6. ὀλίγον δὲ τοῦ ποιῆματος —] H. e. ὀλίγον δὲ προελθὼν εἰς τὸ πρόσθεν τοῦ ποιῆματος. Mox in verbis τοῦτον μέμφεται pronomen cum vi et efficacia post Πιττακόν illatum, quod genus loquendi ad Gorg. p. 482 D illustravimus. — ἀποδέχεσθαι αὐτοῦ — λέγοντος, eum probare, quamvis eadem dicentem. cf. p. 324 C. — In proximis τὸ πρότερον adverbialiter positum. Stallb.

12. θόρυβον παρέσχε] θόρυβος omnino est clamor et tumultus multitudinis aliquid vel

probantis vel improbantis. Quam ob causam plerumque apertius significatur, utrum favoris an invidiae index sit intelligendus. Dio Chrysost. hom. 11 ad popul. Antioch.: τί μοι τῶν κρότων ὄφελος τούτων; τί δὲ τῶν ἔπαινων καὶ τῶν θορύβων; Contrarium habetur apud Isocr. 15, 20: μετὰ θορύβων καὶ χαλεπότητος ἀκροασθαι τῶν ἀπολογονυμένων. — Quam effusi veteres in plausu ac clamore edendo fuerint, id multis locis huius dialogi observare licet, nec mirum est, eum morem etiam in Christianorum aedes sacras se insinuasse diuque in iis haesisse.

14. ὠσπερεὶ — πληγεῖς] Πλήττεσθαι est verbum gladiatorium. Phileb. p. 22 E: ἔμοιγε δοκεῖ νῦν μὲν ἡδονή σοι πεπτωκέναι καθαπεσεὶ πληγεῖσα ὑπὸ τῶν νῦν δὴ λόγων.

βησάντων· ἔπειτα, ὡς γε πρὸς σὲ εἰρῆσθαι τἀληθῆ, ἵνα  
μοι χρόνος ἐγγένηται τῇ σκέψῃ τί λέγοι ὁ ποιητής, τρέ-  
πομαι πρὸς τὸν Πρόδικον, καὶ καλέσας αὐτόν, Ὡ Πρό-  
δικε, ἔφην ἐγώ, σὸς μέντοι Σιμωνίδης πολίτης· δίκαιος  
εἰ βοηθεῖν τῷ ἀνδρὶ. δοκῶ οὖν μοι ἐγὼ παρακαλεῖν  
σέ, ὥσπερ ἔφη Ὁμηρος τὸν Σκάμανδρον πολιορκούμενον 340  
ὑπὸ τοῦ Ἀχιλλέως τὸν Σιμόεντα παρακαλεῖν, εἰπόντα

Φίλε κασίγνητε, σθένος ἀνέρος ἀμφότεροι περ  
σχῶμεν.

10 ἀτὰρ καὶ ἐγὼ σὲ παρακαλῶ, μὴ ἡμῖν δὲ Πρωταγόρας τὸν  
Σιμωνίδην ἐκπέρσῃ. καὶ γὰρ οὖν καὶ δεῖται τὸ ὑπὲρ  
Σιμωνίδου ἐπανόρθωμα τῆς σῆς μουσικῆς, ἢ τό τε βούλε-  
σθαι καὶ ἐπιθυμεῖν διαιρεῖς ὡς οὐ ταῦτὸν ὅν, καὶ ἂν B  
νῦν δὴ εἶπες πολλά τε καὶ καλά. καὶ νῦν σκόπει, εἴ  
15 δοι συνδοκεῖ ὅπερ ἐμοί. οὐ γὰρ φαίνεται ἐναντία λέ-

2. ἐγγένηται, iam ab Heindorfio emendatum, apographo  
Vindobon. supeditatur: ἐκγένηται B.T. τί λέγοι B: τί λέγει T.

1. ὡς γε πρὸς σὲ εἰρ.] int.  
familiarem, cui sermonem nar-  
rat. v. p. 309 A et Krüg. 55, 1, 2.  
Rem verbo finito affirmare po-  
tuit, ut Demosth. 40, 10 πάντα  
γάρ εἰρήσεται τἀληθῆ πρὸς ὑμᾶς.

ἵνα μοι χρόνος ἐγγένη-  
ται] ut mihi spatium inter-  
cederet ad considerandum.  
v. Phaed. p. 86 E. Sympos. p.  
184 A. Pro τί λέγοι vulgo lege-  
batur τί λέγει. Optativus κατὰ τὸ νοούμενον positus, unde haec  
modorum permutatio explicanda.  
Stallb.

4. σὸς μέντοι Σ. π.] tuus  
vero civis est Simonides.  
Ab Iulide enim, quae urbs erat  
insulae Cei, uterque oriundus  
erat.

6. ὥσπερ ἔφη Ὁμηρος —  
παρακαλεῖν] quemadmo-  
dum dixit Homerus Sca-  
mandrum — advocasse. In-  
finitivus imperfecti vi positus.  
Nam poterat etiam hoc modo  
dici ὥσπερ, ἔφη Ὁμηρος, ὁ Σκά-  
μανδρος — τὸν Σιμόεντα παρε-  
κάλει. v. ad Sympos. p. 172 B.  
Locus Homeri, ad quem respi-  
citur, exstat Iliad. Φ. 308., ubi

deinceps adduntur haec: ἐπεὶ τάχα ἔστιν μέγα Ποιάμοιο ἄνακ-  
τος ἐκπέρσει, unde deinde ex-  
plicandum istud μὴ — Σιμωνί-  
δην ἐκπέρση, ne — Simonidem  
pessum det. Stallb.

11. δεῖται — τῆς σῆς μου-  
σικῆς] desiderat ista Si-  
monidis correctio tuam ar-  
tem et eruditionem, qua  
velle et cupere distinguis.  
Nam ita μουσική nunc intelli-  
genda. Musica enim, latissimo  
sensu dicta, complectebatur ea  
omnia, quae vulgo dicuntur ad  
Musarum cultum pertinere,  
hoc est artes omnes et doctri-  
nas elegantiores, adeoque ipsam  
philosophiam. v. Phaedon. p. 61A.  
Cratyl. p. 406 A. Diodor. Sic.  
IV 7. Strab. X p. 717 B. Stallb.  
Omnis doctrinae fundamentum  
Prodicus esse voluit recte lo-  
quendi scientiam. Euthyd. p.  
277 C: πρῶτον γάρ, ὡς φησι  
Πρόδικος, περὶ ὄνομάτων ὁρ-  
θότητος μαθεῖν δεῖ. Eum, quum  
discerneret verba βούλεσθαι et  
ἐπιθυμεῖν, Socrates ipse priore  
quodam tempore audiisse existi-  
mandus est, v. p. 341 A.

γειν αὐτὸς αὐτῷ Σιμωνίδης. σὺ γάρ, ὃ Πρόδικε, προ-  
απόφηναι τὴν σὴν γνώμην. ταῦτόν σοι δοκεῖ εἶναι τὸ  
γενέσθαι καὶ τὸ εἶναι, ἢ ἄλλο; "Ἄλλο νὴ Δί", ἔφη ὁ  
Πρόδικος. Ούκοῦν, ἔφην ἐγώ, ἐν μὲν τοῖς προώτοις  
αὐτὸς ὁ Σιμωνίδης τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἀπεφήνατο, ὅτι 5  
C ἄνδρα ἀγαθὸν ἀληθείᾳ γενέσθαι χαλεπὸν εἴη; Ἀληθῆ  
λέγεις, ἔφη ὁ Πρόδικος. Τὸν δέ γε Πιττακόν, ἦν δ'  
ἐγώ, μέμφεται, οὐχ ὡς οἰεται Πρωταγόρας, ταῦτὸν ἑαυτῷ  
λέγοντα, ἄλλ' ἄλλο. οὐ γὰρ τοῦτο ὁ Πιττακὸς ἔλεγε  
χαλεπόν, τὸ γενέσθαι ἐσθλόν, ὥσπερ ὁ Σιμωνίδης, ἄλλα 10  
τὸ ἔμμεναι· ἔστι δὲ οὐ ταῦτόν, ὃ Πρωταγόρας, ὡς φησι  
Πρόδικος ὅδε, τὸ εἶναι καὶ τὸ γενέσθαι. εἰ δὲ μὴ τὸ αὐτό  
ἔστι τὸ εἶναι τῷ γενέσθαι, οὐκ ἐναντία λέγει ὁ Σιμωνίδης  
αὐτὸς αὐτῷ. καὶ ἵσως ἂν φαίη Πρόδικος ὅδε καὶ ἄλλοι πολ-  
D λοὶ καθ' Ἡσίοδον γενέσθαι μὲν ἀγαθὸν χαλεπὸν εἶναι· τῆς 15

8. *ταῦτὸν* Bekker: *τὸ αὐτὸν* BT, quod recepit Schanz.  
Illud retinui, quia Platonici sermonis consuetudini respondere vi-  
dentur *τὸ αὐτό* et, quod longe frequentissimum est, *ταῦτὸν* — hoc  
enim crasi in adiectivorum formam assimulatur — non autem  
*τὸ αὐτόν*, quod hoc uno loco in utroquo codice invenitur, cf. Schanz  
praefat. vol. XII § 4, Cobet mnemos. VIII p. 342. Neque ullam  
video causam, cur statui possit Platonem h. l. in quinque versibus  
haec tria, *ταῦτὸν*, *τὸ αὐτὸν* et *τὸ αὐτόν* posuisse. 10. *χαλεπόν*,  
*τὸ πρὸ τὸ χαλεπόν*, quod libri exhibent, scripsit Ast „propter  
sequens *τὸ ἔμμεναι*“, et quum *τοῦτ'* ante *ἔμμεναι*, quod cum  
Bekkero et Stallbaumio olim posueram, praesenti codicum cogni-  
tione articulo *τὸ* cedere debeat, idem etiam ante *γενέσθαι* po-  
nendus videbatur, ut a Socrate statim post additur. Schanz quoque  
*χαλεπόν*, *τὸ* librorum scripturae praetulit.

2. *ταῦτόν — τὸ γενέσθαι* καὶ *τὸ εἶναι*] Eustath. ad Il.  
2, 245: *λέγεται παρὰ τῶν παλαιῶν, ὅτι οἱ Ἰωνεῖς τὸ εἶναι γενέσθαι φασί*. Sed totus hic  
locus ita tantum intelligi potest, ut etiam Socratis aetate pleris-  
que Graecis utriusque discrimen  
exiguum aut prope nullum vi-  
sum esse statuamus. Quod nisi  
ita fuisset, plane absona Prota-  
gorae esset sententia inter Pit-  
taci et Simonidis voces nihil  
interesse dicentis. At ei omnes  
qui adsunt accedunt et Socrates,  
quamvis in illo carmine Simo-  
nideo multum studii posuerit  
(πάνυ μοι τνγχάνει μεμειηκὸς τοῦ ἄσματος p. 339 B), cum haec-

sitatione poetae patrocinium sus-  
cipit. Non igitur sine causa Si-  
monides, qui εἶναι et γενέσθαι  
primus subtiliter et argute dis-  
tinxisset, Prodicu doctrinae au-  
tor fuisse dicitur p. 341 A.

10. ἄλλα τὸ ἔμμεναι] sc.  
ἐσθλόν.

14. *καὶ ἵσως ἀν φαίη Πρόδικος]* Ex proximis interpre-  
tationibus prior ipsa per se non  
inepta est nec facile quis reli-  
qui carminis ignarus aliter verba  
accipere potuit, sed posteriore  
Prodicu iusto magis irridetur,  
v. ad p. 337 A.

15. *καθ' Ἡσίοδον]* Η-  
siodi versus leguntur opp. et  
dier. v. 287 sqq.: *Τὴν μὲν τοι*

γὰρ ἀρετῆς ἔμπροσθεν τοὺς θεοὺς ἴδοιτα θεῖναι· ὅταν δέ τις αὐτῆς εἰς ἄκρου ἵκηται, δημίην δὴ ἐπειτα πέλειν, χαλεπήν περ ἑοῦσαν, ἐκτῆσθαι.

Cap. XXVII. Ὁ μὲν οὖν Πρόδικος ἀκούσας ταῦτα ἐπήγνεσέ με· δὸς δὲ Πρωταγόρας, Τὸ διπλόθωμά σοι, ἔφη, ὡς Σώκρατες, μεῖζον ἀμάρτημα ἔχει ἢ ὁ ἐπανορθοῦς. Καὶ ἐγὼ εἶπον, Κακὸν ἄρα μοι εἰργασταί, ὡς ἔοικεν, ὡς ΕΠρωταγόρα, καὶ εἴμι τις γελοῖος ἱατρός· ίώμενος μεῖζον τὸ νόσημα ποιῶ. Ἀλλ' οὗτος ἔχει, ἔφη. Πῶς δὴ; ἦν δ' ἐγώ. Πολλὴ ἄν, ἔφη, ἀμαθία εἴη τοῦ ποιητοῦ, εἰ οὗτος φαῦλόν τι φησιν εἶναι τὴν ἀρετὴν ἐκτῆσθαι, ὃ ἐστι πάντων χαλεπώτατον, ὡς ἄπασι δοκεῖ ἀνθρώποις. Καὶ ἐγὼ εἶπον, Νὴ τὸν Δία, εἰς καιρόν γε παρατετύχηκεν ἡμῖν ἐν τοῖς λόγοις Πρόδικος ὅδε. κινδυνεύει γάρ 15 τοι, ὡς Πρωταγόρα, ἢ Προδίκου σοφία θεία τις εἶναι 341

2. δὴ πειτα B, quod ex δὴ πειτα ortum, δ' ηπειτα T, cf. Hom. Od. 8, 37. 3. κτῆσθαι BT. 9. ποιῶν mavult Hirschig. 15. εἶναι καὶ παλαιά scripsi: εἶναι πάλαι BT, cum πάλαι non

κακότητα καὶ ἔλατὸν ἔστιν ἐλέσθαι· Ῥητίδιος· λείη μὲν ὄδός, μάλα δὲ ἐγγύθι ναίει. Τῆς δὲ ἀρετῆς ἴδοιτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὀρθιος οἶμος ἐπ' αὐτῆν, Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δὲ εἰς ἄκρου ἵκησι, Ῥητίδιη δὴ ἐπειτα πέλει, χαλεπή περ ἑοῦσα. Laudantur de republ. II p. 364 C. de leg. IV p. 718 E, ut taceam alios aliorum scriptorum locos. Stallb.

3. χαλεπήν] int. πτᾶσθαι. Dein ἐκτῆσθαι referendum ad δητίδιην, v. p. 340 E: εἰ οὗτος φαῦλόν τι φησιν εἶναι τὴν ἀρετὴν ἐκτῆσθαι, de rep. p. 364 A καλὸν μὲν ἡ σωφροσύνη, χαλεπὸν μέντοι καὶ ἐπίπονον, ἀνολασία δὲ ἡδὺ μὲν καὶ εὐπειτές πτῆσθαι. Ceterum Plato et ἐκτῆσθαι et πτῆσθαι usurpat; memorabilis locus est Theact. p. 198 D: ποιὸν ἐκτῆσθαι τοῦ πτῆσθαι ἔνεκα, sed fallitur Eustathius, quum formam hanc Platonii frequentatam atticam esse docet ad ll. 2, 272. 30: τὸ ἐκτῆσθαι Ἀττικόν ἔστι. Nam semel invenitur apud Aeschylum Prom.

792 ἐκτημέναι et in quibusdam libris Thucyd. II 62, 4 προσεντημένα. v. Schneider ad remp. p. 464 D, Schanz praefat. vol. XII § 16, cui Plato ubique post vocalem κέντημαι, post consonantem ἐκτημαι posuisse videtur, et Krüger Gr. 28. 10, 4.

5. Τὸ διπλόθωμα — ἢ ὁ ἐπανορθοῦς] Sententia haec est: Correctio tua maiore etiam premitur incommodo quam quod corrigis, i.e. quam sententia, quam corrigere studes et emendare. Stallb. De voce ἐπανόθωμα eiusque affinibus v. Löbeck ad Phryn. p. 250.

10. εἰ οὗτος φαῦλον —] si re vera dicat, id quod tu quidem ais, v. p. 316 C et Stallbaum. ad apol. p. 25 B. φαῦλον h. e. δάδιον (cf. cap. 26 extr.) oppositum est voci χαλεπόν. utrumque contraria de causa proxime abest a significazione vocabuli κακόν.

13. εἰς κατερόν] opportune, ut Xenoph. Cyrop. III 1, 8. Alibi εἰς καλόν dicitur, ut symp. p. 174 E, ubi v. ann. Stallb.

καὶ παλαιά, ἥτοι ἀπὸ Σιμωνίδου ἀρχαμένη, ἡ καὶ ἔτι παλαιοτέρα. σὺ δὲ ἄλλων πολλῶν ἐμπειρος ὡν ταύτης ἀπειρος εἶναι φαίνει, οὐχ ὅσπερ ἐγὼ ἐμπειρος διὰ τὸ μαθητῆς εἶναι Προδίκου τοντοῦ. καὶ νῦν μοι δοκεῖς οὐ μανθάνειν, ὅτι καὶ τὸ χαλεπὸν τοῦτο ἴσως οὐχ οὕτω 5 Σιμωνίδης ὑπελάμβανεν, ὅσπερ σὺ ὑπολαμβάνεις, ἀλλ’ ὅσπερ περὶ τοῦ δεινοῦ Πρόδικός με οὗτοσὶ νουθετεῖ ἐκάστοτε, ὅταν ἐπαινῶν ἐγὼ ἡ σὲ ἡ ἄλλον τινὰ λέγω, B ὅτι Πρωταγόρας σοφὸς καὶ δεινός ἐστιν ἀνήρ, ἐρωτᾷ, εἰ οὐκ αἰσχύνομαι τάγαθὰ δεινὰ καλῶν — τὸ γὰρ δει- 10 νόν, φησί, κακόν ἐστιν· οὐδεὶς γοῦν λέγει ἐκάστοτε,

congruunt proxima ἡ καὶ ἔτι παλαιοτέρα, pro quibus exspectes ἡ καὶ ἐν παλαιοτέρον (sophist. p. 242 D, Lachet. p. 186 B), sed omisso καὶ facile fieri potuit, ut παλαιά in πάλαι corrumpereatur; id factum est Cratyl. p. 402 A in verbis παλαιά ἄττα σοφὰ λέγοντα.

1. ἥτοι ἀπὸ Σιμ. —] Respicit ad p. 316 D, ubi Protagoras dixerat sophisticen iam a Simonide, Homero, aliis esse factitatem. Itaque εἰρωνικῶς etiam Prodici artem verborum discrimina indagandi ad remotissima illa tempora refert. Stallb.

3. οὐχ ὁσπερ ἐγὼ ἐμπειρος] int. εἰμί ut Lys. or. 24, 10 ων εἰς ἐγώ. Ego vero peritus sum, quum huius Prodici fuerim discipulus. οὐχ ὁσπερ in talibus breviloquentia quadam poni loco particulae adversativae, id docte, ut solet, demonstravit Heindorfius et ad h. l. et ad Gorg. p. 522 A: τὸν νεωτάτους ὑμῶν διαφθείρει τέμνων τε καὶ κάων . . οὐχ ὁσπερ ἐγὼ πολλὰ καὶ ἡδέα καὶ παντοδαπὰ εἰώχοντας, v. Symp. 179 E. Prodici autem discipulum Socrates etiam alibi se profitetur, ut Men. p. 96 D. Cratyl. p. 384 C. Charmid. p. 163 D.

5. ὅτι καὶ τὸ χαλεπὸν τοῦτο] istud verbum χαλεπόν.

8. ὅταν ἐπαινῶν — ἐρωτᾷ, εἰ οὐκ αἰσχύνομαι] Continent haec verba interpretationem praecedentium: ὁσπερ περὶ

τοῦ δεινοῦ — νουθετεῖ ἐκάστοτε, ideoque de more addita sunt ἀσυνδέτως. Germanice haec ita reddas: Sondern so wie Prodigikus mich immer schilt wegen des Furchtbaren, nämlich wenn ich dich oder einen anderen lobend sage, „Protagoras ist doch gar ein weiser und furchtbarer Mann“, wie er dann fragt, ob ich etc. Stallb.

9. Πρωτ. σοφὸς καὶ δεινός ἐστιν] Proprium hoc sophistis fuisse nomen multi loci testantur. Itaque δεινοὶ καὶ σοφοὶ passim iunguntur, velut Theaet. p. 154 D. p. 173 B al. Ex quo appetit haec cum faceta irrisione dicta esse. Stallb.

11. λέγει ἐκάστοτε] quotiescumque ita fert occasio; quoties harum rerum mentio fit. — δεινῶν πλούτου genitivus exclamationis, ut de rep. p. 509 C: Ἀπολλον, δαιμονίας ὑπερβολῆς. Euthyd. p. 303 A: ὁ Πόσειδον, δεινῶν λόγων. Aristoph. nub. v. 818: τῆς μωρίας τὸ Δία νομίζειν, ὅντα τηλικούτοι. Ponitur hic genitivus plerumque sine φεῦ, ὡ̄ similive exclamandi vocula, nec articulus additur nisi simplici substantivo.

δεινοῦ πλούτου, οὐδὲ δεινῆς εἰρήνης, οὐδὲ δεινῆς ὑγιείας, ἀλλὰ δεινῆς νόσου καὶ δεινοῦ πολέμου καὶ δεινῆς πενίας, ὡς τοῦ δεινοῦ κακοῦ ὄντος — ἵσως οὖν καὶ τὸ χαλεπὸν αὐτὸν οἱ Κεῖοι καὶ ὁ Σιμωνίδης ἢ κακὸν ὑπολαμβάνουσιν 5 ἢ ἄλλο τι, διὰ οὗ μανθάνεις. ἐρώμεθα οὖν Πρόδικον· δίκαιον γὰρ τὴν Σιμωνίδου φωνὴν τοῦτον ἐρωτᾶν. τί ἔλεγεν, ὡς Πρόδικε, τὸ χαλεπὸν Σιμωνίδης; Κακόν, ἔφη. Σιὰ ταῦτ' ἄρα καὶ μέμφεται, ἢν δ' ἐγώ, ὡς Πρόδικε, τὸν Πιττακὸν λέγοντα Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι, ὥσπερ ἂν 10 εἰ ἦκουεν αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι ἐστὶν κακὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι. Ἀλλὰ τί οἶει, ἔφη, λέγειν, ὡς Σώκρατες, Σιμωνίδην ἄλλο ἢ τοῦτο, καὶ ὀνειδίζειν τῷ Πιττακῷ, ὅτι τὰ ὀνόματα οὐκ ἡπίστατο ὁρθῶς διαιρεῖν, ἀτε Λέσβιος ὡν καὶ ἐν φωνῇ βαρβάρῳ τεθραυμένος; Ἀκούεις δή, ἔφην ἐγώ, 15 ὡς Πρωταγόρα, Προδίκον τοῦτον ἔχεις τι πρὸς ταῦτα λέγειν; Καὶ ὁ Πρωταγόρας, Πολλοῦ γε δεῖ, ἔφη, οὕτως

8. Σιὰ ταῦτ' ἄρα: interpolatum esse διὰ Hirschig et Cobet censem, quorum praecepto si quis velit obsequi, ei praepositio διὰ non hic solum, sed etiam sophist. p. 242 A et multis aliis locis delenda erit.

3. ἵσως οὖν καὶ τὸ χαλεπόν] Continent haec apodosin praecedentibus illis ὥσπερ περὶ τοῦ δεινοῦ κτέ. respondentem. Quae tamen propter longiorrem parenthesin liberiore orationis conformatioe annexetur. Nam severior ratio exigebat fere hanc structuram: οὗτος ἵσως καὶ τὸ χαλεπὸν οἱ Κεῖοι καὶ ὁ Σιμωνίδης ἢ κακὸν ὑπολαμβ. κτέ. Ceterum οὖν etiam hoc loco post parenthesin ita illatum est, ut abruptum sermonis filum resumatur. v. ad Sympos. p. 201 D. — τὴν Σιμωνίδον φωνήν, i. e. dialectum. Phaedon. p. 62 A: καὶ ὁ Κέβης — Ἰττω Ζευς ἔφη, τῇ αὐτοῦ φωνῇ εἰπὼν. Stalb.

7. Κακόν, ἔφη] Haec quidem significatio vocabuli χαλεπός apud omnes scriptores inventur; iam Homerus dixit χαλεποί τε καὶ ἄγροι οὐδὲ δίκαιοι, vid. Xenoph. symp. VIII 32 al., sed propriam huius verbi

notionem Prodicus fingitur ignorare. Conf. prolegom. p. 7 sq.

9. ὥσπερ ἂν εἰ ἦκουεν] H. e. ὥσπερ αὐτοῦ ἔμμεφετο, εἰ ἦκουεν.

13. ἀτε Λέσβιος ὡν καὶ εν φων. β. τεθρό.] Dialecto Aeolica, qua illarum regionum incolae loquebantur, melicorum principes Alcaeus et Sappho scripserant nec eam Simonides ipse aspernatus erat, cf. p. 346 D. E, sed Prodicus unam linguam Atticam pro Graeca habet, qua qui a pueris locuti erant, iis aliae omnes dialecti agreste quiddam aut peregrinum sonare videbantur. Ita ut iudicaretur, inde maxime factum est, quod iam illo tempore in Graecia omnes homines docti Attice loquebantur; ut apud Calliam Protagoras et Hippias non minus quam Prodicus et Socrates ea lingua usi esse putandi sunt, cf. Steinhall Gesch. d. Sprachwiss. b. d. Gr. u. R. p. 401.

ἔχειν, ὡς Πρόδικε· ἀλλ' ἐγὼ εὐ̄ οἶδ' ὅτι καὶ Σιμωνίδης τὸ χαλεπὸν ἔλεγεν ὅπερ ἡμεῖς οἱ ἄλλοι, οὐ τὸ κακόν, ἀλλ' ὁ ἀν μὴ φάδιον ἦ, ἀλλὰ διὰ πολλῶν πραγμάτων γίγνηται. Ἀλλὰ καὶ ἐγὼ οἶμαι, ἔφην, ὡς Πρωταγόρα, τοῦτο λέγειν Σιμωνίδην, καὶ Πρόδικόν γε τόνδε εἰδέναι, 5 ἀλλὰ παῖξεν καὶ σοῦ δοκεῖν ἀποπειρᾶσθαι, εἰ οὗσ' τ' Εἶσει τῷ σαντοῦ λόγῳ βοηθεῖν· ἐπεὶ ὅτι γε Σιμωνίδης οὐ λέγει τὸ χαλεπόν κακόν, μέγα τεκμήριόν ἔστιν εὐθὺς τὸ μετὰ τοῦτο φῆμα· λέγει γὰρ ὅτι

θεὸς ἀν μόνος τοῦτ' ἔχοι γέρας, 10  
οὐ δῆπου τοῦτο γε λέγων, κακὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι, εἶπερ

10. τοῦτο ἔχοι BT. 11. εἰπερ aut εἴγε scribendum esse mihi videor demonstravisse in stud. phil. p. 835 sq.

1. εὐ̄ οἶδ' ὅτι καὶ Σιμ.] Nimirum Simonides initio carminis, quum diceret ἀνδρός ἀγαθὸν γενέσθαι χαλεπόν, eam notationem voci χαλεπὸν subiecerat. Quare Socrates sua sponte in Protagorae partem transiens eius causam alio argumento et eo quidem graviore defendit.

2. οὐ τὸ κακόν, ἀλλ' ὁ ἀν —] Poterat etiam dicere καὶ οὐ τὸ κακόν. P. 337 C: μάλιστ', ἀν οὐτως εὐφραίνοιμεθα, οὐχ ἥδοιμεθα, ubi paulo ante: μάλιστ', ἀν οὐτως — εὐδοκιμοῖτε καὶ οὐκ ἐπαινοῖσθε. Ceterum ἀλλά exigo intervallo saepius repetitum, ut Phaedon. p. 63 E, sympos. p. 211 E, ubi v. annot. Stallb.

4. Ἀλλὰ καὶ ἐγὼ οἶμαι —] Petulans propemodum haec sophistae irrisio est. Qui quum in suis de verborum differentia disputationibus illa de vocabulo δεινοῦ, quae Socrates memorabat in superioribus, serio tradidisset, atque item χαλεπόν a Simonide κακόν dici ex animi sententia affirmasset, tamen lusisse nunc dicitur eamque sententiam nonnisi eo consilio proposuisse, ut videret, an Protagoras suam opinionem idoneis argumentis defendere posset. In verbis καὶ σοῦ δοκεῖν ἀποπειρᾶσθαι facile quempiam offendere

rit istud δοκεῖν post οἶμαι illum. Sed similiter Phaedon. p. 60 C: ὥσπερ οὖν καὶ αὐτῶ μοι ἔοικεν —, ἡκειν δὴ φαίνεται, ubi v. annot. Phileb. p. 32 C: ἐν γὰρ τούτοις οἶμαι, κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν, ελλιποιέστι τε ἐκατέροις γιγνομένοις, ὡς δοκεῖ, καὶ ἀμίτοις — ἐμφανὲς ἔσεσθαι. Stallb.

11. εἰπερ τὸν θεόν φησι — ἔχειν καὶ — ἀπένειμε] Ad vulgatam scripturam εἰτα Stallbaum annotavit: In talibus locis εἰτα indicat id, quod secundo loco commemoretur, superioribus repugnare, ideoque per 'tamen' reddendum est, ut p. 343 C: εἰ βουλόμενος λέγειν, ὅτι ἀνδρας ἀγαθὸν γενέσθαι χαλεπόν, ἔπειτα ἐνέβαλε τὸ μέν. Sed ita loci difficultas non tollitur. Alii οὐ δῆπου coniungendum dicunt cum φησὶ καὶ ἀπένειμε, at non quid Simonides dicat, sed quid intellexerit, quaeritur. Potuit autem εἰπερ facile in εἰτα mutari, quod syllabae τα et περ litteris τ et π supra ει scriptis indicari solebant. Argumentatio Socratis haec est: Pittaci vocem χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι proxime excipiunt Simonidis verba θεὸς ἀν μόνος τοῦτ' ἔχοι γέρας. Quod igitur Simonides deum vult habere praecipuum, id Pittaci dicto

τὸν θεόν φησι μόνον τοῦτο ἂν ἔχειν καὶ τῷ θεῷ τοῦτο γέρας ἀπένειμε μόνω· ἀκόλαστον γὰρ ἄν τινα λέγοι Σιμωνίδην Προόδικος καὶ οὐδαμῶς Κεῖον. ἀλλ' ἐ μοι δοκεῖ διανοεῖσθαι Σιμωνίδης ἐν τούτῳ τῷ ἄσματι ἐθέλω σοι εἰπεῖν, εἰ βούλει λαβεῖν μου πειραν ὅπως ἔχω, ὃ σὺ λέγεις τοῦτο, περὶ ἐπῶν· ἐὰν δὲ βούλῃ, σοῦ ἀκούσομαι. Ό μὲν οὖν Πρωταγόρας ἀκούσας μου ταῦτα λέγοντος, Εἰ σὺ βούλει, ἔφη, ὡς Σώκρατες· ό δὲ Προόδικός τε καὶ ὁ Ἰππίας ἐκελευέτην πάνυ, καὶ οἱ ἄλλοι.

Cap. XXVIII. Ἐγὼ τοίνυν, ἦν δ' ἔγώ, ἐγένετο μοι δοκεῖ περὶ τοῦ ἄσματος τούτου, πειράσομαι ὑμῖν διεξελθεῖν. Φιλοσοφία γάρ ἐστι παλαιοτάτη τε καὶ πλείστη

2. σιμωνίδην T: σιμωνίδης B. 3. πρόδικος B: ό πρόδικος T. 10. ἐ γένετο δοκεῖ mutavit Bekker invitatis libris in α' γ' εμοὶ δοκεῖ eumque secutus est Schanz. Quod nolle factum. Ut modo dixerat εἰ μοι δοκεῖ, ita extremo cap. addit ως μοι φαίνεται, idque Socrati nihil pro certo affirmandi aptum. Neque hic pronomen τόνωσιν habet, fallunturque qui ubique εμοὶ δοκεῖ scribendum arbitrantur. v. Stallbaum ad apol. Socr. p. 19 E. Criton. p. 45 D. Cratyl. p. 417 D ibique Schanz.

subesse oportet. Atqui mali Simonides, ut Ceus, deo nihil tribuere potuit, ergo in Pittaci dicto χαλεπόν non intellexit malum. λέγων in verbis οὐ δήπον τοῦτο γε λέγων est 'intelligens' vel 'interpretans', non 'dicens'; Pittacus enim οὐκον ξεθλόν ξύμεναι dixisse dicitur.

2. ἀκόλαστον γὰρ ἐν τινας — οὐδαμῶς Κεῖον] Ceorum civitatem claram fuisse ob morum probitatem, severitatem institutorum, reipublicae administrationem docuit Boeckh in Min. et legg. p. 109, Conf. Plat. de leg. p. 683 E. Aristoph. ran. v. 970. Fragm. Menandri p. 237 ed. Meineke et Broendsted Reisen u. Untersuchungen in Griechenland p. 66. coll. p. 97. Itaque Κεῖος recte opponitur nunc ἀκολάστῳ. Stallb.

5. ὅπως ἔχω, ὃ σὺ λέγεις τοῦτο, περὶ ἐπῶν] quomodo me habeam περὶ ἐπῶν ut tu istud appellas. Respicit ad verba Protagorae p. 338 E: ήγοῦμαι — ἔγώ ἀνδρὶ παιδείας μέ-

γιστον μέρος εἶναι περὶ ἐπῶν δεινὸν εἶναι. Stallb.

8. Εἰ σὺ βούλει] int. εἰπέ μοι ἐ σοι δοκεῖ διανοεῖσθαι Σιμωνίδης.

12. Φιλοσοφία γάρ ἐστι παλαιοτάτη —] Contenderat Protagoras p. 316 D sophisticen iam ab Homero, Simonide, aliis veterum esse factitatem, sed eos omnes, ut effugerent multitudinis invidiam, hanc artem suam callide aliis nominibus, quae magis viderentur honesta, praetexere solitos esse. Itaque Socrates, ut est callidus εἰρων, probata illa sophistae sententia, idem de Cretensibus et Lacedaemoniis iudicat, quos ait arte sophistica, iam antiquitus ab iis tractata, ceteris Graecis multum praestare, sed illam sollertia suam sedulo occultare. Est autem haec irrisio tanto elegantior, quod Lacedaemonios imprimis a litterarum studiis alienissimos fuisse constat. Praeterea etiam observandum est salsa cum ironia acutam breviloquentiam tribui veteribus illis,

τῶν Ἐλλήνων ἐν Κρήτῃ τε καὶ ἐν Λακεδαιμονίῳ, καὶ σοφισταὶ πλεῖστοι γῆς ἔκει εἰσιν. ἀλλ' ἔξαρνοῦνται καὶ σχηματίζονται ἀμαθεῖς εἶναι, ἵνα μὴ κατάδηλοι ὕστιν διτι σοφίᾳ τῶν Ἐλλήνων περιέισιν, ὥσπερ οὓς Πρωταγόρας ἔλεγε τοὺς σοφιστάς, ἀλλὰ δοκῶσι τῷ μάχεσθαι καὶ ἀνδρείᾳ περιεῖναι, ἥγονύμενοι, εἰ γνωσθεῖεν φέρεισι, πάντας τοῦτο ἀσκήσειν. νῦν δὲ ἀποκρυψάμενοι ἔκεινο ἔξηπατήκασι τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι λακωνίζοντας, καὶ οἱ Σμὴν ὥτά τε κατάγνυνται μιμούμενοι αὐτούς, καὶ ἱμάντας περιειλίττονται καὶ φιλογυμναστοῦσι καὶ βραχείας ἀναβολὰς φοροῦσιν, ὡς δὴ τούτοις κρατοῦντας τῶν Ἐλλή-

6. γνωσθεῖεν φέρεισι: Certa haec est Heusdi emendatio, οἱ (sic) περιέισιν B, unde vera lectio emergit, φέρει εἰσὶν T.

7. ἀσκήσειν T: ἀσκήσειν τὴν σοφίαν B, quod receperunt Hermann, Sauppe et Cron. Sed meo iudicio nimis languidum est et ei obstat in sequentibus ἔκεινο. Etiam Schanz aspernatus est.

quos Socrates vocat, sophistis; ita enim notatur μακρολογία illa, quam Protagoras, Hippias, Prodicus, Gorgias, alii studiose sectabantur, quo facilius audientium animos delenirent sibique conciliarent. Stallb. De genitivis τῶν Ἐλλήνων et γῆς cum πλείστῃ et πλείστοι, non cum εὐεὶ conectendis v. Krüger Gr. 47. 28, 7.

3. σχηματίζονται recte interpretatur Timaeus Gloss. p. 245. προσποιοῦνται ἡ συντάττονται. v. Phaedr. p. 255 A.

4. ὥσπερ οὓς Πρωταγόρας ἔλεγε τοὺς σοφιστάς] Notetur attractio subiecti, quod pronomini relativo accommodatum est. Etenim vulgaris ratio exigebat: ὥσπερ οἱ σοφισταὶ (ἔξαρνοῦνται καὶ σχηματίζονται ἀμαθεῖς εἶναι), οὓς Πρωταγόρας ἔλεγε. Phaedon. p. 66 E: καὶ τότε — ἡμῖν ἔσται οὖν ἐπιθυμοῦμεν — φρονήσεως. v. ad apolog. p. 41 A. Perperam Stephanus τοὺς delendum putabat. Stallb.

8. ἐν ταῖς πόλεσι] int. ταῖς δημοκρατονυμέναις, cf. Xenoph. Cyrop. VIII 2. 28. Insanum hoc studium mores Lacedaemoniorum imitandi notavit philoso-

plus etiam Gorg. p. 515 E, ubi τοὺς τὰ ὥτα κατεαγότας memorat. Heindorf ad verba ὥτά τε κατάγνυνται apte contulit Theocrit. XXII 45: σκηνησοῦ τεθλαγμένος οὐατα πνυγαῖς. Praeterea de his legendus Ott fr. Müller Histor. Gentium Graecar. II 2 p. 8 sqq.

9. ἱμάντας recte Heindorf intellexit caestus h. e. lora bubula, quibus pugiles manus illigabant, quo vehementiores inferrent ictus. v. Vergil. Aen. V 401.

10. βραχείας ἀναβολὰς] h. e. τρίβωνάς, v. ad p. 335 D. Thucyd. I 6, 3: μετρίᾳ ἐσθῆτι καὶ ἐς τὸν νῦν τρόπον πρῶτοι Λακεδαιμόνιοι ἐχοήσαντο. Idem, ut narrat Plutarchus Lyc. c. 16, ab aetatis anno duodecimo ἀνενιτῶν διετέλονν ἐν ἱμάτιον εἰς τὸν ἐνιαυτὸν λαμβάνοντες. Conf. (Xenoph.) de rep. Laced. II 4.

11. ὡς δὴ τούτ. κράτοῦντας] quasi vero his superrent. δὴ, ut saepe, cum ironia dictum. De accusativo absoluto v. Krüger Gr. 56. 9, 10 et Stallbaum ad Phaedon. p. 109 D. de rep. p. 345 E. 426 B. Theaet. 157 B. Haec Platonis verba tangit, opinor, Aristoteles pol. VIII 4: τοὺς

νων τοὺς Λακεδαιμονίους· οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἐπειδὴν  
βούλωνται ἀνέδην τοῖς παρὸς αὐτοῖς ξυγγενέσθαι σοφι-  
σταῖς καὶ ἥδη ἄχθωνται λάθρᾳ ξυγγιγνόμενοι, ξενηλασίας  
ποιούμενοι τῶν τε λακωνιξόντων τούτων καὶ ἐάν τις  
5 ἄλλος ξένος ὃν ἐπιδημήσῃ, συγγίγνονται τοῖς σοφισταῖς  
λανθάνοντες τοὺς ξένους, καὶ αὐτὸι οὐδένα ἔωσι τῶν  
νέων εἰς τὰς ἄλλας πόλεις ἔξιέναι, ὡσπερ οὐδὲ Κρῆτες, D ~  
ἴνα μὴ ἀπομανθάνωσιν ἢ αὐτοὶ διδάσκουσιν. εἰσὶ δὲ  
ἐν ταύταις ταῖς πόλεσιν οὐ μόνον ἄνδρες ἐπὶ παιδεύσει  
10 μέγα φρονοῦντες, ἄλλα καὶ γυναικες. Γνοῖτε δ' ἂν, ὅτι  
ἔγω ταῦτα ἀληθῆ λέγω καὶ Λακεδαιμόνιοι πρὸς φιλοσο-  
φίαν καὶ λόγους ἀριστα πεπαιδευνται, ὥδε. εἰ γὰρ ἐθέλει  
τις Λακεδαιμονίων τῷ φαντοτάτῳ συγγενέσθαι, τὰ μὲν  
πολλὰ ἐν τοῖς λόγοις εὑρήσει αὐτὸν φαντό-  
15 μενον, ἐπειτα, ὅπου ἂν τύχῃ τῶν λεγομένων, ἐνέβαλε E

10. γνοίητε BT. 13. τὰ μὲν πολλὰ BT: τὰ μὲν πρῶτα  
Hermann.

Λάκωνας ἵσμεν, ἔως αὐτοὶ προσήδρευνον ταῖς φιλοπονίαις, ὑπερέχοντας τῶν ἄλλων . . καὶ διέφερον τῷ μόνον μὴ πρὸς ἀσκοῦντας ἀσκεῖν.

1. ἐπειδὴν βούλωνται ἀνέδην —] quando volunt libere cum sophistis suis versari. De v. ἀνέδην, quod etiam hic est sans gêne, sans façon, vid. ad Gorg. p. 494 E. Stallb.

3. ξενηλασίας ποιούμ.] Thucyd. I 144, 2: ἦν καὶ Λακεδαιμόνιοι ξενηλασίας μὴ ποιῶσι, μήτε ἡμῶν μήτε τῶν ἡμετέρων ξυμμάχων, ubi v. intpp. Perizon. ad Aelian. V. H. XIII 16. 7. Hermann Griech. Antiquit. I 27, 14.

6. καὶ αὐτοὶ οὐδένα ἔωσι — ἔξιέναι] Plutarch. Lycurg. c. 27: οὐδέ ἀποδημεῖν ξένωκε (Λυκοῦρος) τοῖς βονιούμενοις καὶ πλανᾶσθαι ξενικὰ συνάγοντας ἥδη καὶ μιμήματα βίων ἀπαιδεύτων καὶ πολιτευμάτων διαφοράν. Cum his Plutarcheis convenit Isocr. or. 2, 18, ubi narrat apud Lacedaemonios μηδένα τῶν μαχίμων ἀνεν της τῶν ἀρχόντων γνώμης ἀποδη-

μεῖν. Omnes cives a Lycurgo vetitos fuisse peregrinare Aristoteles ap. Harpocrat. p. 159 testatur. v. Hermann Griech. Antiquit. I 27, 13. De eodem Creten-sium instituto quamquam ab aliis scriptoribus nulla fit mentio, tamen eo minus dubitandum, quod et illorum leges Lacedaemoniis simillimae erant, et veteres omnino peregrinationem patriis moribus damnum afferre existimabant. v. Aristot. Pol. VII 5, 3.

10. ἄλλὰ καὶ γυναικες] Nam etiam mulieres Spartanae prae ceteris constantia et fortitudine animi excellebant, id quod testantur apophthegmata illa Lacaenarum. v. Cicero Tuscul. I 42, 102. et Plutarch. Moral. p. 1217 sqq. Stallb.

12. εἰ γὰρ ἐθέλει τις] V. p. 324 A.

15. ἐνέβαλε φῆμα ἄξιον λόγον] Acutam Laconum breviloquentiam laudat Plato de leg. I p. 642 E. Theaet. p. 130 C. Illa acute dicta apte cum telis comparantur: de quo usu loquendi v. ad sympos. p. 219 B. — Tribuit vero Laconibus τὸ

δῆμα ἄξιον λόγου βραχὺ καὶ συνεστραμμένον, ὥσπερ δεινὸς ἀκοντιστής, ὥστε φαίνεσθαι τὸν προσδιαλεγόμενον παιδὸς μηδὲν βελτίω. Τοῦτο οὖν αὐτὸν καὶ τῶν νῦν εἰσὶν οἱ κατανευοήκασι καὶ τῶν πάλαι, ὅτι τὸ λακωνίζειν πολὺ μᾶλλον ἐστὶ φιλοσοφεῖν ἢ φιλογυμναστεῖν, εἰδότες 5 ὅτι τοιαῦτα οἶόν τ' εἶναι δῆματα φθέγγεσθαι τελέως πεπαιδευμένον ἐστὶν ἀνθρώπου. τούτων ἦν καὶ Θαλῆς δὶς Μιλήσιος, καὶ Πιττακὸς ὁ Μυτιληναῖος, καὶ Βίας ὁ Ποιηνεύς, καὶ Σόλων ὁ ἡμέτερος, καὶ Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος, καὶ Μύσων ὁ Χηνεύς, καὶ ἔβδομος ἐν τούτοις ἐλέ- 10 γετο Λακεδαιμόνιος Χίλων. οὗτοι πάντες ξηλωταὶ καὶ ἔρασται καὶ μαθηταὶ ἡσαν τῆς Λακεδαιμονίων παιδείας, καὶ καταμάθοι ἂν τις αὐτῶν τὴν σοφίαν τοιαύτην οὖσαν,

8. μντιληναῖος B tum hic, tum p. 346 B: μιτυληναῖος utroque loco T.

βραχὺ καὶ συνεστραμμένον breve illud atque contortum verborum sententiarumque acumen notans, quod in Laconismis admiramus. Nam συστρέψειν apud rhetores Graecos rotunditati et brevitate eloctionis iisque virtutibus significandis, quae ex utraque oriuntur, inservire docta disputatione demonstravit Ernesti Lexic. technolog. graec. rhetor. p. 335. Egregie porro utitur aoristo ἐνέβαλε, ut promptam paratamque responsionem significet, quae veluti telum aliquod e vestigio emittitur. Quoniam enim hoc tempus actionem ipsam et per se spectatam significat, factum est, ut saepè numero poneretur de re cito et veluti uno temporis puncto perfecta. v. ad Phaedon. p. 84 D. Cum proximis apte contulit Heindorf Theaet. p. 177 B: ἡ ὁγτορικὴ ἐνείγων πάντως ἀπομαρτυνεται, ὥστε παίδων μηδὲν δουεῖν διαφέρειν. Stallb.

7. τούτων ἦν] H. e. ex iis qui antiquo tempore Laconum disciplinam recte intellexerunt et secuti sunt, erant septem illi sapientes.

Θαλῆς δὶς Μιλήσιος —] De dictis illustrioribus septem Grae-

ciae sapientum scripsit librum peculiarem I. Fr. Buddeus. Hal. Sax. 1699. 4. v. etiam Menag. ad Diog. Laert. I 41. In numerum eorum refertur vulgo Periander Corinthius, qui quum tyrannide occupata (v. ad p. 339 C) sapientis nomine indignus videretur, eius loco a Platone hic commemoratur Myson ὁ Χηνεύς. Diog. Laert. I 106: Μύσων Στρομόνος, ὃς φησι Σωσιηράτης Ἐρμιππον παρατιθέμενος, τὸ γένος Χηνεύς, ἀπὸ κώμης τινὸς Οἰταιηῆς, ἡ Λακωνικῆς, σὺν τοῖς ἑπτά καταριθμεῖται. Ibid § 108: μέμνηται αὐτοῦ καὶ Πλάτων ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ ἀντὶ Περιάνδρου θεὶς αὐτὸν. cf. Stephan. Byzant. s. v. Ἡτεια. Patria hominis incerta; illud tamen apparent a Platone quidem eum non habitum esse Lacedaemonium: alioquin parum commode adderentur haec: καὶ ἔβδομος ἐν τούτοις ἐλέγετο Λακεδαιμόνιος Χίλων. Ceterum Heindorf ante Λακεδαιμόνιος desiderabat ὁ articulum. Haec fere Stallb.

11. ξηλωταὶ καὶ ἔρασται —] πάντα ταῦτα, inquit Socrates in Menone (p. 75 E), ταῦτά τι λέγω· ἵσως δ' ἂν ἡμῖν Πρόδικος διαφέροιτο.

δῆματα βραχέα ἀξιομνησόνευτα ἐκάστῳ εἰρημένα, ὅτι καὶ οὐνὴ συνελθόντες ἀπαρχὴν τῆς σοφίας ἀνέθεσαν τῷ Β' Ἀπόλλωνι εἰς τὸν νεὼν τὸν ἐν Δελφοῖς, γράψαντες ταῦτα, ἡ δὴ πάντες ὑμνοῦσι, γνῶθι σαντόν, καὶ μηδὲν ἄγαν.

*Toū δὴ ἔνεκα ταῦτα λέγω; ὅτι οὗτος ὁ τρόπος ἦν*

1. *εἰρημένα*, ὅτι, ut olim proposui, nunc scripsi: *εἰρημένα*. οὗτοι BT, *εἰρημένα*, ἡ οὗτοι Hermann, *εἰρημένα*, ὅτι οὗτοι Deuschle, *εἰρημέν'* ἡ οὗτοι Schanz. Socrati argumentum, ex quo septem sapientes breviloquentiae studiosos fuisse coguoscere liceret (*καταμάθοι ἀν τις οὐτέ* ut p. 342 D *γνοῖτε δ' ἄν*), proponendum fuit idque fecit verbis καὶ οὐνὴ συνελθόντες — μηδὲν ἄγαν, sed particula ὅτι, qua haec cum superioribus coniunxit, corrupta est in οὗτοι, ut saepe *ο* in *ον* et *τι* in *τοι* mutata sunt. Nec οὗτοι, unde orditur, Socrates in hac comprehensione repetere potuit.

2. *οὐνὴ συνελθόντες*] Heraclitus, quae multa cogitatione invenerat et litteris mandaverat, ea Ephesi tanquam donarium (*ἀνάθημα*) Dianae in templo consecraverat, ut tradidit Diog. Laert. IX 6: ἀνέθηκε δὲ αὐτὸν (*τὸ βιβλίον περὶ φύσεως*) εἰς τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ιερόν. Simili modo h. l. septem illi sapientes studiorum fructus Apollini Delphico dedicavisse dicuntur, festive autem Socrates confignit illos Delphis communi conventu, qualis apud Calliam habeatur (cf. p. 337 D), brevitate dictorum, quae in templo inscripta sint, certatim usos esse. Pausan. X 26: οὗτοι οἱ ἀνδρες ἀφικόμενοι εἰς Δελφοὺς ἀνέθεσαν τῷ Ἀπόλλωνι τὰ ἀδόμενα γνῶθι σαντόν, καὶ μηδὲν ἄγαν. Themist. or. 26 p. 317 A: ὀλίγα ὥματα περιφερόμενα ἦν Θαλοῦ τε αὐτὸν καὶ τῶν ἄλλων σοφῶν, ὃν καὶ νῦν ἐμπεπλησμένοι εἰσὶν οἱ τοῖχοι καὶ τὰ πινάκια, χρηστὰ μὲν καὶ νοῦν ἔχοντα ἵκανον καὶ ὅσος ἀν πλεῖστος γένοιτο νοῦς δυοῖν ὀνομάτων, ἀλλὰ ψιλά γε πίστεως ἐπιτάγματι προσεοικότα. De his dictis brevissimis, plurimum tamen ponderis habentibus ita sentit Senec. epist. 94: Haec cum iectu quodam audimus, nec ulli licet dubitare aut interro-

gare; adeo etiam sine ratione ipsa veritas dicit.

4. *γνῶθι σαντόν*] Phaedr. p. 229 E οὐδὲ δύναμαι πω κατὰ τὸ Δελφικὸν γράμμα γνῶναι ἐμαντόν. Clemens Alex. Strom. I 14. p. 351: τὸ γνῶθι σαντὸν οἱ μὲν Χίλωνος ὑπειλήφασι . . Άριστοτέλης δὲ τῆς Πνθίας. Aristoteles igitur dictum illud acutissimum ad Apollinis Delphici cultus initia retulit. Stob. Floril. 21, 26: πρὸ Χίλωνος ἦν ἔτι ἀνάγραπτον (τὸ γνῶθι σαντόν) ἐν τῷ ἰδρυθέντι νεῷ μετὰ τὸν πέτρινὸν τε καὶ χαλκοῦν, καθάπερ Άριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας εἰρηκε, cf. Bertrays Aristotel. Dialog. p. 97. Ab Aristotelis sententia non multum abhorrent, quae Critias personatus exponit Charmid. p. 164 D sqq. Apollinis praeceptum dicit id Cicero de leg. I 22, 58: huius praecepti tanta vis et tanta sententia est, ut ea non homini cuiquam, sed Delphico deo tribueretur, cf. Tusc. I 22, 52. Juvenal. 11, 27: e coelo descendit γνῶθι σαντόν, Figendum et memori tractandum pectore.

6. *Toū δὴ — λέγω;*] Saepe numero apud Platonem huiusmodi interrogationes orationis animandae gratia inferri docebunt quae diximus ad Gorg. p. 453 C. Stallb.

τῶν παλαιῶν τῆς φιλοσοφίας, βραχυλογία τις Ακανθική.  
καὶ δὴ καὶ τοῦ Πιττακοῦ ἰδίᾳ περιεφέρετο τοῦτο τὸ  
ὅμια ἐγκωμιαξόμενον ὑπὸ τῶν σοφῶν, τὸ χαλεπὸν  
εἰσθλὸν ἔμμεναι. ὁ οὖν Σιμωνίδης, ἀτε φιλότιμος ὡν  
ἐπὶ σοφίᾳ, ἔγνω δὲ, εἰ καθέλοι τοῦτο τὸ ὅμια ὥσπερ  
εὐδοκιμοῦντα ἀθλητὴν καὶ περιγένοιτο αὐτοῦ, αὐτὸς  
εὐδοκιμήσει ἐν τοῖς τότε ἀνθρώποις. εἰς τοῦτο οὖν τὸ  
ὅμια καὶ τούτου ἔνεκα τούτῳ ἐπιβουλεύων κολοῦσαι  
αὐτὸς ἀπαν τὸ ἄσμα πεποίηκεν, ὡς μοι φαίνεται.

6. καὶ περιγένοιτο αὐτοῦ pro futili emblemate habet Cobet, at his indicatur certaminis felicitas. 7. εὐδοκιμήσει ἐν B: εὐδοκιμήσειεν T. 8. τούτῳ delevit Ast.

1. τῶν παλαιῶν τῆς φιλοσοφίας] Observes ordinem verborum. Opponit enim εἰρωνικῶς veterum sapientiam, quae cum breviloquentia erat coniuncta, sophistarum rationi, qui solebant δημηγορεῖν καὶ μακρολογεῖν, ideoque τῶν παλαιῶν primo loco collocavit. Neque enim in talibus perinde est, hoc an alio modo verba collocentur. De qua re hac occasione oblata paucis explicare iuvat. Itaque quadruplex esse potest istius generis nominum substantivorum coniunctio, quae magnopere cavendum est ne vi et usu suo nihil discrepare putetur. Ac primum quidem dici potest: ἡ τῶν παλαιῶν σοφία. Quo modo Graeci loqui solent, quum utriusque nominis ea est coniunctio, ut neutrum vi sua pae altero emineat, sed alterum cum altero in unam quasi coeat notionem. Unde fit, ut lingua Germanica saepenumero compositis utatur nominibus, quum istiusmodi verborum comprehensio diligenter exprimenda est. Velluti ἡ τοῦ πολέμου τύχη Germanice reddas: das Kriegsgeschick; ἡ τῶν πολεμών γῆ, das Feindesland etc. Prorsus alia ratio est, quum dicitur ἡ σοφία τῶν παλαιῶν. Hoc enim modo qui loquitur, is priorem verborum partem sono acuit atque sapientiam veterum distinguit ab alia quadam re

[veterum], quam non vult cum illa confundi aut permutari. Contraria huic ratio est, quum dicatur τῶν παλαιῶν ἡ σοφία. Nam ita τοῖς παλαιοῖς opponimus alios, quorum sapientia sit alia, ideoque priori parti verborum inter se iunctorum maiorem vim tribuimus quam posteriori. Denique articulo iterato dicitur: ἡ σοφία ἡ τῶν παλαιῶν, quod fit, quum nomine nomini per appositionem adiicitur. Atque haec quidem verborum coniunctio constans est et legitima, quanquam fieri interdum potest, ut secunda atque tertia ratio propter rhetoricae aliquam verborum collocationem immutetur. Nos de grammatica ratione haec intelligi volumus, qualis obtinet, quum nulla extrinsecus accedit causa inversi vel invertendi simplicis verborum ordinis. Stallb. v. Krüg. Gr. 50. 8, 11.

5. εἰ καθέλοι τοῦτο τὸ ὅμια] si prostravisset hoc dictum. Nam καθαιρεῖν est violenter deiicere, humili prosternere. Aeschyl. Agam. v. 381: λιτᾶν δ' ἀκούει μὲν οὗτις θεῶν· τὸν δ' ἐπίστροφον τῶνδε φῶτ' ἄδικον καθαιρεῖ. Similiter p. 344 C: τίνα οὖν ἀμήχανος συμφορὰ καθαιρεῖ; Ibid. D. E. Stallb.

8. τούτον ἔνεκα] ut sapientiae famam consequeretur refutato Pittaci di-

Cap. XXIX. Επισκεψόμεθα δὴ αὐτὸν κοινῇ ἀπαντεῖς, εἰ ἄρα εἴγα ἀληθῆ λέγω. Εὐθὺς γὰρ τὸ πρῶτον τοῦ ἀσματος μανικὸν ἀν φανείη, εἰ βουλόμενος λέγειν, ὅτι Δ ἄνδρα ἀγαθὸν γενέσθαι χαλεπόν, ἔπειτα ἐνέβαλε τὸ μέν.  
5 τοῦτο γὰρ οὐδὲ πρὸς ἓνα λόγον φαίνεται ἐμβεβλῆσθαι, ἐὰν μή τις ὑπολάβῃ πρὸς τὸ τοῦ Πιττακοῦ φῆμα ὥσπερ ἐφίζοντα λέγειν τὸν Σιμωνίδην· λέγοντος τοῦ Πιττακοῦ ὅτι Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι, ἀμφισβητοῦντα εἰπεῖν ὅτι Οὐκ, ἀλλὰ γενέσθαι μὲν χαλεπὸν ἄνδρα ἀγαθὸν ἐστιν,

1. δὴ BT: δὲ Heindorf. ἐνέβαλε τὸ μὲν apographa: ἐνεβάλετο μὲν BT.

cto. Deinde ἐπιβούλευειν est insidiose studere, quo significatu hoc verbum cum infinitivo iunctum legitur etiam sympos. p. 203 B: ἡ οὖν Πενία ἐπιβούλευονται — παιδίον ποιήσασθαι. Lys. or. 13, 12: ἐπιβούλευοντες καταλύσαι τὴν δημοκρατίαν. Idem. or. 4, 42. Demosth. or. 21, 16 et 88. Xenoph. sympos. IV 52: αἰσθάνομαι γάρ τινας ἐπιβούλευοντας διαφθεῖραι αὐτόν. anabas. V 6, 29: αὐτὸς ἐπεβούλευε διαβάλλειν με. Stallb.

*τούτῳ — κολοῦσαι αὐτῷ]* hoc (carmine) deprimere illud (dictum). *κολούειν*, quod proprius significat mutilare, amputare, h. l. elevandi vel affligendi vi possum est.

4. ἐπειτα ἐνέβαλε τὸ μέν] P. 339 B: ἄνδρα ἀγαθὸν μὲν ἀλαθέως γενέσθαι χαλεπόν. Socrates haec dicit: Particula μέν indicat sententiam non ipsam per se capiendam esse, sed ei aut planis verbis aut cogitatione a scriptore alteram esse oppositam. Itaque Simonidis animo, quem primum versum carminis componeret, Pittaci dictum obversatum esse statuendum est.

5. οὐδὲ πρὸς ἕνα λόγον] Fortius hoc dictum quam πρὸς οὐδένα λόγον, ut significet prorsus inepte. De οὐδὲ εἰς v. ad Gorg. p. 512 E. Dictionem illustrabunt haec: Phileb. p. 33 B: τοῦτο μὲν ἔτι εἰσαῦθις ἐπισκε-

ψώμεθα, ἐὰν πρὸς λόγον τι ἦ. Ibid. p. 42 E: οὐδὲν πρὸς λόγον, ὡς Πρώταρχε, ὃ σὺ νῦν ἤδον τὸ ἔρωτημα. Ibid. p. 18 D: τι πρὸς ἔπος αὖ ταῦτα ἔστι; Protagor. p. 344 A: οὗτο φαίνεται πρὸς λόγον τὸ μέν ἐμβεβλημένον, ubi hic locus respicitur. p. 351 E: ἐὰν μὲν πρὸς λόγον δοκῇ εἶναι τὸ σκέμμα. Alcib. II p. 147 B. al. Stallb.

7. λέγοντος τοῦ Π. — ἀμφισβητοῦντα εἰπεῖν] Ante λέγοντος ne quis cum Cornatio καὶ inserendum opinetur, vere observavit Heindorfius haec per epexegesin addi verbis ἐφίζοντα λέγειν, comparans illa p. 384 A: τοὺς τοιούτους μοι δοκεῖ χρῆναι μᾶλλον μιμεῖσθαι ἐμέ τε καὶ σέ, καταθεμένους — τοὺς λόγους ποιεῖσθαι. Conf. praeterea ad p. 330 A. p. 352 A et quae alibi de hac enuntiationum appositione diximus. Mox ad οὐκ intelligendum esse liquet ἐσθλὸν ἔμμεναι χαλεπόν. Gorg. p. 477 A: κακίαν ἄλλην τινὰ ἔνοος ἡ πενίαν; Pol. Οὐκ, ἀλλὰ πενίαν. Ibid. p. 448 D: ἀλλὰ σὺ εἰ βούλει, ἐροῦ αὐτόν. Socr. Οὐκ, ἀλλὰ πολὺ ἀν ἡδιον σέ. Theaet. p. 149 E: τῆς αὐτῆς ἡ ἄλλης οἵει τέχνης εἶναι; Theaet. Οὐκ, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς. Xenoph. mem. II 6, 12: ἀλλας δέ τινας οἰσθα ἐπωδάς; Οὐκ, ἀλλ' ἥκουσα πτέ. Stallb. Verbo ἀμφισβητεῖν Socrates hic usus est contra Prodicu doctrinam p. 337 B propositam.

ω̄ Πιττακέ, ω̄ς ἀληθῶς — οὐκ ἀληθείᾳ ἀγαθόν, οὐκ  
Ε ἐπὶ τούτῳ λέγει τὴν ἀλήθειαν, ω̄ς ἄρα ὅντων τινῶν τῶν  
μὲν ω̄ς ἀληθῶς ἀγαθῶν, τῶν δὲ ἀγαθῶν μέν, οὐ μέντοι  
ἀληθῶς· εὕηδες γὰρ τοῦτό γε φανεῖται ἀν καὶ οὐ Σιμωνί-  
δου· ἀλλ’ ὑπερβατὸν δεῖ θεῖναι ἐν τῷ ἄσματι τὸ ἀλα-<sup>5</sup>  
θέως, οὐτωσί πως ὑπειπόντα τὸ τοῦ Πιττακοῦ ὕσπερ  
ἀν εἰ θεῖμεν αὐτὸν λέγοντα τὸν Πιττακὸν καὶ Σιμωνίδην  
ἀποκρινόμενον, εἰπόντα Ὡ ἄνθρωποι, χαλεπὸν ἐσθλὸν  
344 ἔμμεναι, τὸν δὲ ἀποκρινόμενον ὅτι Ὡ Πιττακέ, οὐκ  
ἀληθῆ λέγεις· οὐ γὰρ εἶναι, ἀλλὰ γενέσθαι μέν ἐστιν  
ἄνδρας ἀγαθὸν χερσί τε καὶ ποσὶ καὶ νόῳ τετράγωνον,  
ἄνευ ψόγου τετυγμένον, χαλεπὸν ἀλαθέως. οὐτω φαίνε-  
ται πρὸς λόγον τὸ μέν ἐμβεβλημένον καὶ τὸ ἀλαθέως

1. ω̄ς ἀληθῶς B: ante ω̄ς habet T καὶ ex praecedenti *κέ*  
ortum. 7. θείημεν BT. 12. φαίνεται: in BT additur τὸ,  
quod Heindorf delendum aut in τοι (φαίνεται τοι) mutandum  
censuit. Ast pro τὸ maluit μοι, Schirlitz τε, sed quum ad sen-  
tentiam nihil desideretur, τὸ h. l. ab aliquo scriba non minus  
temere inculcatum esse puto quam p. 312 D (52, 7), cf. p. 324 B  
(87, 7), p. 336 A al.

1. οὐκ ἐπὶ τούτῳ λ. τ.  
ἀλήθειαν] Simonides, inquit,  
adverbium ἀλαθέως non cum  
ἀγαθόν coniungi voluit, sed ad-  
dedit ad χαλεπόν. In eadem  
sententia Protagoras quoque vi-  
detur fuisse, quum supra p. 339 D  
Simonidea sic proferret: χαλε-  
πὸν εἶναι ἄνδρας ἀγαθὸν γενέ-  
σθαι ἀληθείᾳ. At poeta eum,  
quem infra πανάμωμον ἄνθρω-  
πον dicit, hic ἀλαθέως ἀγαθόν  
dixit, Plato ipse τελέως ἀγαθόν  
de rep. p. 427 E.

2. ω̄ς ἄρα ὅντων τινῶν  
τῶν μὲν —] quasi sint aliqui  
partim vere boni, partim boni  
quidem, sed non vere i. e. quasi  
sint aliqui boni ex iisque alii  
non vere, cf. de rep. VIII 560 A  
καὶ τινες τῶν ἐπιθυμιῶν αἱ μὲν  
διερθάρησαν, αἱ δὲ καὶ ἔξεπε-  
σον.

5. ὑπερβατὸν δεῖ θεῖναι  
—] traiectum putare oportet τὸ  
ἀλαθέως. Elocutionis figuram  
ὑπερβατοῦ ad vim singulorum  
verborum extollendam et ora-  
tionis numerum conformandum

omnes scriptores veteres fre-  
quentaverunt; cf. p. 326 Κόψιαί-  
τατα εἰς διδασκάλων τῆς ἡλι-  
νίας φοιτᾶν, sed artis vocabu-  
lum hic primum invenitur. La-  
tine dicitur verborum vel trans-  
gressio vel trajectio i. e. trans-  
positio de suo loco in alienum.  
Alieno igitur loco adv. ἀλαθέως  
collocatum esse dicit, quo verbo  
poetam, si iustum verborum or-  
dinem sequi voluisse, compre-  
hensionem clausurum fuisse So-  
crates censuit. Itaque paulo in-  
ferius p. 344 A ὁρθῶς (h. e. non  
ὑπερβατῶς) ἐπ’ ἐσχάτῳ κείμε-  
νον est ‘recte a nobis — non a  
poeta — in fine positum est’.

6. οὐτωσί πως ὑπειπόν-  
τα] Recte Heindorf: sic fere  
illud Pittaci apud animum  
intelligentem, quasi ipse  
loquatur Pittacus, Simo-  
nides respondeat. Verbum  
ὑπειπέν signifiat ita interpre-  
tari, ut de tuo aliiquid subiicias,  
sive loquendo sive cogitando. —  
Mox ante εἰπόντα intelligendum  
τὸν μὲν, non cum Stephano  
inferciendum. v. ad p. 330 A.

όρθως ἐπ' ἐσχάτῳ κείμενον. καὶ τὰ ἐπιόντα πάντα τούτῳ μαρτυρεῖ, ὅτι οὗτος εἰρηται. πολλὰ μὲν γὰρ ἔστι καὶ περὶ ἑκάστου τῶν ἐν τῷ ἄσματι εἰρημένων ἀποδεῖξαι, ὡς εῦ πεποίηται πάνυ γὰρ χαριέντως καὶ μεμελημένως B 5 ἔχει· ἀλλὰ μακρὸν ἂν εἴη αὐτὸ οὗτο διελθεῖν. ἀλλὰ τὸν τύπον αὐτοῦ τὸν ὅλον διεξέλθωμεν καὶ τὴν βούλησιν, ὅτι παντὸς μᾶλλον ἐλεγχός ἔστι τοῦ Πιττακείου φήματος διὰ παντὸς τοῦ ἄσματος.

Cap. XXX. Λέγει γὰρ μετὰ τοῦτο δλίγα διελθών, 10 ὡς ἂν εἰ λέγοι λόγον, ὅτι γενέσθαι μὲν ἄνδρα ἀγαθὸν χαλεπὸν ἀλαθέως, οἵον τε μέντοι ἐπί γε χρόνον τινά· γενόμενον δὲ διαμένειν ἐν ταύτῃ τῇ ἔξει καὶ εἶναι ἄνδρα C ἀγαθόν, ὡς σὺ λέγεις, ὡς Πιττακέ, ἀδύνατον καὶ οὐκ ἀνθρώπειον, ἀλλὰ θεός ἂν μόνος τοῦτο ἔχοι τὸ γέρας,

15                   ἄνδρα δ' οὐκ ἔστι μὴ οὐ κακὸν ἔμμεναι,  
      ὄν ἂν ἀμήχανος συμφορὰ καθέλῃ. οὐλαῖτος  
τίνα οὖν ἀμήχανος συμφορὰ καθαιρεῖ ἐν πλοίου ἀρχῇ;

14. ἀνθρώπειον T: ἀνθρώπιον B. 15. ἔστι T: ἔστιν B,  
quod exemplum in iis est, quae declarant huic libro de ν finali  
fidem non tribuendam esse. v. ad p. 333 B (113, 8).

1. καὶ τὰ ἐπιόντα πάντα]  
p. 345 C: καὶ τὰ ἐπιόντα γε τοῦ  
ἄσματος ἔτι μᾶλλον δῆλοι.

5. ἀλλὰ τὸν τύπον αὐτοῦ  
τὸν ὅλον δ. κ. τ. βούλησιν]  
Τύπος quum proprie dicatur de adumbratione imaginum, a philosophis usurpatur saepenumero de universa descriptione ac definitione orationis, disputationis, carminis alicuius, quae singulorum verborum et argumentorum subtilius examen aspernatur, et eorum summam paucis complectitur. De rep. VI p. 491 C, ubi v. ann. Aristotel. Ethic. Nicom. I 11: καθ' ὅλον δὲ καὶ τύπῳ λεχθὲν τάχ' ἀντιστρέψεις. Platonica dedi ad Phileb. p. 202. Itaque vult summam et consilium totius carminis Simonidei breviter indicare, in singulorum verborum interpretatione non diutius morari. Stallb.

13. καὶ οὐκ ἀνθρώπειον]

Socrates nunc, quae ad Protagorae reprehensionem reiiciendam supra p. 340 B inchoaverat, persequitur et Pittaci vocem a Simonidis longe diversam esse ostendit. Quemadmodum autem hic poeta bonum esse neminem nisi deum defendit ex eaque re potissimum causa, cur huius carminis interpretatio dialogo inserta sit, repetenda est, sic sapientiam in uno deo repperiri priore iam tempore Pythagoras perspexerat, v. Diog. Laert. I 12: φιλοσοφίαν πρῶτος ὀνόμασε Πυθαγόρας καὶ ξαντὸν φιλόσοφον . . μηδένα γάρ εἶναι σοφὸν ἀνθρώπον ἀλλ' ηθεόν. Pertinet huc etiam locus Aristotel. metaph. I 2, ubi vera ac perfecta scientia ab homine aliena dicitur, ὡστε κατὰ Σιμωνίδην θεός ἀν μόνος τοῦτο ἔχοι τὸ γέρας, ἄνδρα δ' οὐκ ἄξιον μὴ οὐ ζητεῖν τὴν καθαύτον ἐπιστήμην.

δῆλον ὅτι οὐ τὸν ἰδιώτην· ὁ μὲν γὰρ ἰδιώτης ἀεὶ καθῆσται. ὥσπερ οὖν οὐ τὸν κείμενόν τις ἀν καταβάλοι, ἀλλὰ τὸν μὲν ἐστῶτά ποτε καταβάλοι ἀν τις, ὥστε κεί-  
D μενον ποιῆσαι, τὸν δὲ κείμενον οὐ, οὔτω καὶ τὸν εὐμή-  
χανον ὄντα ποτὲ ἀμήχανος ἀν συμφορὰ καθέλοι, τὸν δὲ 5  
ἀεὶ ἀμήχανον ὄντα οὐ· καὶ τὸν κυβερνήτην μέγας χει-  
μὼν ἐπιπεσὼν ἀμήχανον ἀν ποιήσει, καὶ γεωργὸν χαλεπὴ  
ώρα ἐπελθοῦσα ἀμήχανον ἀν θείη, καὶ λατρὸν ταῦτα  
ταῦτα. τῷ μὲν γὰρ ἐσθλῷ ἐγχωρεῖ κακῷ γενέσθαι, ὥσπερ  
καὶ παρ' ἄλλου ποιητοῦ μαρτυρεῖται τοῦ εἰπόντος 10

αὐτὰρ ἀνήρ ἀγαθὸς τοτὲ μὲν κακός, ἄλλοτε δ' ἐσθλός.

E τῷ δὲ κακῷ οὐκ ἐγχωρεῖ γενέσθαι, ἀλλ' ἀεὶ εἶναι  
ἀνάγκη. ὥστε τὸν μὲν εὐμήχανον καὶ σοφὸν καὶ ἀγα-  
θὸν ἐπειδὴν ἀμήχανος συμφορὰ καθέλῃ, οὐκ ἔστι μὴ  
οὐ κακὸν ἔμμεναι· σὺ δὲ φήσ, ὡς Πιττακέ, χαλεπὸν 15  
ἐσθλὸν ἔμμεναι· τὸ δ' ἔστι γενέσθαι μὲν χαλεπόν, δυνα-  
τὸν δέ, ἔμμεναι δὲ ἀδύνατον.

17. *ἐσθλόν*, quod post *δυνατὸν* δέ in B et T legitur, ut ceteri editores recent. Schneidewino auctore (coniect. crit. p. 152) extinxii.

4. *τὸν δὲ κείμενον οὐ*] Ne quis haec temere inculcata opinetur, quum praecedat ὥσπερ οὐ τὸν κείμενόν τις ἀν καταβάλοι, eodem modo Gorg. p. 521 D. E. οὐ πρὸς κάροιν λεγων τοὺς λόγους οὓς λέγω ἐκάστοτε, ἀλλὰ πρὸς τὸ βέλτιστον, οὐ πρὸς τὸ ἥδιστον.

7. *χαλεπὴ* ὡρα ἐπειδοῦ-  
σα —] Ἐπέρχεσθαι, ἐπιπίπτειν  
et ἐπιπέμπεσθαι dicuntur de  
malis et calamitatibus, quae su-  
bito incidunt vel immittuntur.  
— ἀμήχανον ἀν θείη, i. e.  
ποιήσει. Supra p. 326 A. Xenoph. Cyrop. IV 6, 2: ὥσπερ  
ἀν εὐδαιμονα πατέρα παῖς τι-  
μῶν τιθείη. Imprimis ab Homero ceterisque poetis hic usus  
verbi frequentatus. Unde Atheneus XI p. 501 C: τὸ ποιῆσαι  
θεῖναι πρὸς τῶν ἀρχαίων ἐλέ-  
γετο. — καὶ λατρὸν ταῦτα  
ταῦτα, pariterque medicum. v. ad p. 326 A et sym-  
pos. p. 178 E. Stallb.

10. *παρ'* ἄλλον ποιητοῦ] Versus incerti gnomici, qui laudatur etiam Xenoph. mem. I 2, 20. Mox ἄλλοτε δ' post τοτὲ μέν illatum usu haud infrequent. v. Viger. p. 792. Ceterum de virtute idem sentiebat Protagoras p. 340 E, quam partam facile servari posse Hesiodus voluerat; cf. Diog. Laert. VI 105: ἀρέσκει δ' αὐτοῖς καὶ τὴν ἀρετὴν διδακτὴν εἶναι, καθά φησιν Ἀντισθένης ἐν τῷ Ἡρακλεῖ, καὶ ἀναπόβλητον ὑπάρχειν.

12. *τῷ δὲ κακῷ οὐκ ἐγχωρεῖ γενέσθαι*] Intelligendum κακῷ, non inferendum, quod volebat Stephanus. Menon, p. 89 A: εἰ φύσει οἱ ἀγαθοὶ ἐγίγνοντο, sc. ἀγαθοί. Eurip. He-  
cub. v. 781: νόμῳ γὰρ τοὺς θεοὺς ηγούμενα, sc. θεούς. Nam ita haec recte nobis vide-  
mur explicasse ad Euthyphron. p. 3 B. Stallb.

16. *τὸ δ' ἔστι γενέσθαι*

πράξας μὲν γὰρ εὖ πᾶς ἀνὴρ ἄγαθός,  
κακὸς δ' εἰς κακῶς.

τίς οὖν εἰς γοράματα ἄγαθὴ πράξις ἔστι, καὶ τίς ἄνδρα 345  
ἄγαθὸν ποιεῖ εἰς γοράματα; δῆλον ὅτι ἡ τούτων μάθησις.  
5 τίς δὲ εὐπραγία ἄγαθὸν λατρὸν ποιεῖ; δῆλον ὅτι ἡ τῶν  
καμνόντων τῆς θεραπείας μάθησις. κακὸς δὲ κακῶς.  
τίς οὖν ἂν κακὸς λατρὸς γένοιτο; δῆλον ὅτι ὁ πρῶτον  
μὲν ὑπάρχει λατρῷ εἶναι, ἐπειτα ἄγαθῷ λατρῷ. οὗτος  
γὰρ ἂν καὶ κακὸς γένοιτο, ἥμετς δὲ οἱ λατρικῆς ἴδιωται  
10 οὐκ ἄν ποτε γενοίμεθα κακῶς πράξαντες οὕτε λατροὶ  
οὕτε τέκτονες οὕτε ἄλλο οὐδὲν τῶν τοιούτων· ὅστις δὲ <sup>B</sup>  
μὴ λατρὸς ἂν γένοιτο κακῶς πράξας, δῆλον ὅτι οὐδὲ  
κακὸς λατρος. οὕτω καὶ ὁ μὲν ἄγαθὸς ἀνὴρ γένοιτ' ἄν  
ποτε καὶ κακός ἢ ὑπὸ χρόνου ἢ ὑπὸ νόσου ἢ ὑπὸ ἄλλου

6. κακὸς δὲ κακῶς: Non dubito, quin Plato hic ipsius Simonidis verba immutata posuerit, sed vitium latet in versu κακὸς δ' εἰς κακῶς.

μὲν γ.] In his τὸ δέ ita superiori sententiae opponitur, ut id quod infert verum esse indicet; interdum plenius dicitur τὸ δὲ ἀληθές, ut de rep. p. 443 D, Tim. p. 86 D. Est igitur seorsum ab aliis accipiendum et interpretandum quum tamen revera etc., vel imo s. qui in imo, cf. apol. p. 23 A, de leg. 642 A, de rep. 340 D ibique Stallbaum. Haec igitur Socrates dicit: imo, ut evadat quis bonus, etsi difficile est, tamen fieri potest, ut sit (i.e. semper maneat), fieri non potest; cf. de leg. p. 711 D.

1. πράξας μὲν γὰρ εὖ — εἰς κακῶς] Haec quoque Simonidea esse primus docuit Schleiermacher. Quippe si essent Socratis verba, proxima disputatio non haberet quorsum commode referretur. Accedit quod mox haec inferuntur: ὅστε καὶ τοῦτο τοῦ ἀσματος πρὸς τοῦτο τείνει, ὅτι εἶναι μὲν ἄνδρα ἄγαθὸν οὐχ οἶν τε διατελοῦντα ἄγαθὸν κτέ, quae omnem de hac causa tolunt dubitationem. Vocula εἰς

ante κακῶς interponitur ut si praecessisset εἰς μὲν γὰρ ἔπραξε. Stallb. Simonides, qui omnem hominem fortunae obnoxium esse voluit, ut neminem in insigni calamitate versantem bonum esse posse diceret, ad singulas actiones suas quemque iudicandum esse dicit: εὖ πράξας, inquit, bonus est; utrum autem intelligendus sit is, recte qui fecerit, an is qui nulla calamitate afflictus (v. p. 344 C) bona usus sit fortuna, ea omnibus communis est existimatio. Illud Socrati placuit, qui ut fortunae in virtute locus relinqueretur nullus, de suo addidit una scientia recte factum nisi i. e. recte facere neminem nisi scientia praeditum, prave neminem nisi scientia destitutum.

11. οὕτε ἄλλο οὐδὲν τῶν τοιούτων] H. e. neque aliud in ulla alia huiusmodi arte. Proxima sic intelligas: quod si vero quis non potest ut medicus κακῶς πράττειν, nec malus medicus fieri potest. Stallb.

τινὸς περιπτώματος· αὕτη γὰρ μόνη ἔστι κακὴ πρᾶξις,  
ἐπιστήμης στερηθῆναι· ὁ δὲ κακὸς ἀνὴρ οὐκ ἄν ποτε  
γένοιτο κακός· ἔστι γὰρ ἀεὶ ἀλλ' εἰ μέλλει κακὸς γενέ-  
σθαι, δεῖ αὐτὸν πρότερον ἀγαθὸν γενέσθαι. ὥστε καὶ  
τοῦτο τοῦ ἄσματος πρὸς τοῦτο τείνει, ὅτι εἶναι μὲν ἄν-  
5 Σ δρα ἀγαθὸν οὐχ οἶόν τε, διατελοῦντα ἀγαθόν, γενέσθαι  
δὲ ἀγαθὸν οἶόν τε, καὶ κακόν γε τὸν αὐτὸν τοῦτον·  
ἐπὶ πλεῖστον δὲ καὶ ἄριστοί εἰσιν οὓς ἂν οἱ  
θεοὶ φιλῶσι.

Cap. XXXI. Ταῦτά τε οὖν πάντα πρὸς τὸν Πιττα- 10  
κὸν εἰρηται, καὶ τὰ ἐπιόντα γε τοῦ ἄσματος ἔτι μᾶλλον  
δηλοῦ. φησὶ γάρ·

Τοῦνεκεν οὐ ποτ' ἐγὼ τὸ μὴ γενέσθαι δυνατὸν |  
διξήμενος κενεὰν ἐσ ἄπρακτον ἐλπίδα μοῖραν αἰῶνος  
βαλέω,

6. διατελοῦντα ἀγαθόν BT: haec suspectat Schanz, ἀγα-  
θόν deletum volunt Sauppe et Cobet et pro διατελοῦνται hic con-  
necit scribendum διὰ τέλους. 14. κενεάν T: κεν ἔαν B.

5. πρὸς τοῦτο τείνει] ad hoc probandum et demon-  
strandum refertur; eo spe-  
ctat, ut doceatur. Unde fit  
ut deinde addi possit ὅτι—οὐχ  
οἶόν τε κτέ. Stallb.

6. διατελοῦντα ἀγαθόν] int. ὄνται, sed quum simpliciter  
dicitur διατελεῖ ἀγαθός pro  
διατελεῖ ἀγαθὸς ὡν (v. Krüger  
Gr. 56. 5, 4), nihil est quod in  
his verbis reprehendi possit.  
Referuntur haec ad superiora p.  
344 B: γενόμενον (ἄνδρα ἀγα-  
θὸν) διαμένειν ἐν ταύτῃ  
τῇ ἐξει καὶ εἶναι ἄνδρα ἀγα-  
θὸν . . ἀδύνατον.

8. ἐπὶ πλεῖστον] int. ἀγα-  
θοὶ γίγνονται. Supra dixerat  
γενέσθαι μὲν ἄνδρα ἀγαθὸν  
χαλεπόν, οἶόν τε μέντοι ἐπὶ γε  
χρόνον τινά. Ad tempus igitur  
quisvis homo bonus fieri potest,  
sed diutissime (v. p. 328 D) fiunt,  
quos dii amant. Facile autem  
illud ἀγαθοὶ γίγνονται subau-  
diri potest, quod in proxime  
praecedentibus verba καὶ κα-  
κόν γε . . τοῦτον obiter addita

et interiecta sunt, v. ad p. 331 E.  
Haec autem quomodo apud Si-  
monidem cum ceteris connexa  
fuerint, hodie nescitur.

13. Τοῦνεκεν οὐ ποτ' ἐγὼ  
τ. μ. γ. —] Quocirca nun-  
quam ego, id quod fieri  
non potest quaerens, fru-  
stra in irritam spem aevi  
partem proiciam, quae-  
rens virum plane integrum  
inter nos, latae quicun-  
que frugibus vescimur ter-  
rae. Voc. κενεάν pertinet ad  
μοῖραν αἰῶνος, et dictum est  
per prolepsin, ut sit: ὥστε κε-  
νεάν εἶναι, h. e. frustra. De  
hac prolepsi v. ad Tim. p. 72 D  
et supra ad p. 327 C. Istud  
πανάμωνον ἄνθρωπον per oppo-  
sitionem additum est illis: τὸ  
μὴ γενέσθαι δυνατόν. — Verba  
εὑρεδοῦς ὅσοι καρπὸν αἰνύ-  
μεθα χθονός ob oculos habuit  
Horat. Od. II 14, 10: Quicun-  
que terrae munere vesci-  
mur, iudice Valckenario ad  
Eurip. Hippolyt. v. 131, qui plura  
in hanc sententiam collegit.  
Stallb.

πανάμωμον ἄνθρωπον, εὐρυεδοῦς ὅσοι καρπὸν αἰνύ-  
μεθα χθονός,  
ἐπεὶ οὕτιν' εὔρων ἀπαγγελέω,  
φησίν. οὗτοι σφόδρα καὶ δι' ὅλου τοῦ ἄσκατος ἐπεξέρ- D  
5 χεται τῷ τοῦ Πιττακοῦ δῆματι.

πάντας δ' ἐπαίνημι καὶ φιλέω  
ἔκών ὅστις ἔρδη  
μηδὲν αἰσχρόν· ἀνάγκη δ' οὐδὲ θεοὶ μάχονται.

καὶ τοῦτ' ἐστὶ πρὸς τὸ αὐτὸ τοῦτο εἰρημένον. οὐ γὰρ  
10 οὗτοι ἀπαίδεντος ἦν Σιμωνίδης, ὥστε τούτους φάναι  
ἐπαινεῖν, ὃς ἀν ἔκών μηδὲν κακὸν ποιῆι, ὡς ὅντων τι-  
νῶν, οἱ ἔκόντες κακὰ ποιοῦσιν. ἐγὼ γὰρ σχεδόν τι  
οἶμαι τοῦτο, ὅτι οὐδεὶς τῶν σοφῶν ἀνδρῶν ἡγεῖται

3. ἐπεὶ οὕτιν' scripsi: ἐπειδ' ὑμῖν BT. vid. praefat. p. VI  
et Jahrb. f. cl. Philol. 1881 p. 559 sqq. 6. ἐπαίνημι, quod iam  
Stephanus restituendum vidit, in B correctum est: ἐπαίνημιν B,  
ἐπαίνημιν T, quamquam in utroque libro p. 346 E genuina forma  
servata est. 7. ἔρδη BT.

3. ἐπεὶ οὕτιν' εὔρων ἀπαγγελέω] int. πανάμωμον  
ἄνθρωπον. Simonidis Amorgini  
versum πάμπαν δ' ἀμωμος οὐτις  
οὐδ' ἀκήριος tradidit Stobaeus  
(florileg. 105, 7) eandemque sen-  
tentiam h. l. a Simonide Ceo  
prolatam esse patet ex huius  
carminis interpretatione Socratis  
p. 346 D. Ibi poeta negavisse  
dicitur virum prorsus integrum  
inveniri, ut, si non aliam ob  
causam liceret, laudare posset  
neminem. Conveniunt igitur,  
quae leniter mutata librorum  
scriptura posui. Recte enim Si-  
monides, qui nunquam se παν-  
άμωμον ἄνθρωπον quaesiturum  
esse dixerat, nunc hanc addit  
causam: nam neminem talem  
(a me) inventum nuntiabo. Conf.  
Pind. Nem. VII 55: τυχεῖν ἐν'  
ἀδύνατον εὐδαιμονίαν ἀπασαν  
ἀνελόμενον οὐκ ἔχω εἰπεῖν,  
τίνι τοῦτο Μοῖρα τέλος ἔμπε-  
δον ὠρεξε.

4. ἐπεξέρχεται — δῆματι]  
dictum — persequitur et  
quasi hostiliter aggredi-  
tur.

6. πάντας δὲ ἐπαίνημι —  
ὅστις ἔρδη] Sic ὅστις et ὁς  
ἄν saepe ad pluralem numerum  
referuntur. Mox: ὥστε τούτους  
φάναι ἐπαινεῖν, ὃς ἀν ἔκών  
μηδὲν κακὸν ποιῆι. p. 345 E:  
οὐχ ὃς ἀν μὴ κακὰ ποιῆι ἔκών,  
τούτων φησὶν ἐπαινέτης εἶναι,  
ubi vulgo τούτον edebatur. De  
rep. VIII p. 566 D: ἀσπάζε-  
ται πάντας, ως ἀν περιτυγχάνη.  
Ibid. IV p. 426 B. — ὅστις  
ἔρδη dictum pro vulg. ὅστις  
ἄν ἔρδη. Solent enim relativa  
apud poetas cum coniunctivo  
construi omissa ἀν particula. v.  
ad Gorg. p. 484 E. Stallb.

8. ἀνάγκη δ' οὐδὲ θεοὶ  
μάχονται] Simonidis hoc di-  
ctum, quod ab Diogene Laert.  
I 77 Pittaco tribuitur, in pro-  
verbium abiit. v. de leg. V p.  
741 A: ἀνάγκην οὐδὲ θεός εἶναι  
λέγεται δυνατὸς βίαζεσθαι, VII  
p. 818 B: ἔουκεν ὁ τὸν θεόν  
πρώτον παροιμιάσαμενος εἰς  
ταῦτα ἀποβλέψας εἰπεῖν, ὡς  
οὐδὲ θεός ἀνάγκη μήποτε φανῇ  
μαχόμενος, ὅσαι θεῖαί γε, οἷμαι,  
τῶν ἀναγκῶν εἰσι.

Ε οὐδένα ἀνθρώπων ἑκόντα ἔξαμαρτάνειν οὐδὲ αἰσχρά τε καὶ κακὰ ἑκόντα ἐργάζεσθαι, ἀλλ' εῦ ἵσασιν, ὅτι πάντες οἱ τὰ αἰσχρὰ καὶ κακὰ ποιῶντες ἄποντες ποιοῦσι. καὶ δὴ καὶ ὁ Σιμωνίδης οὐχ ὃς ἂν μὴ κακὰ ποιῆ ἑκάν, τούτων φησὶν ἐπαινέτης εἶναι, ἀλλὰ περὶ ἑαυτοῦ λέγει 5 τοῦτο τὸ ἑκάν. ἡγεῖτο γὰρ ἀνδρας καλὸν κάγαθὸν πολλάκις αὐτὸν ἐπαναγκάζειν φίλον τινὶ γίγνεσθαι καὶ 346 ἐπαινέτην, οἷον ἀνδρὶ πολλάκις συμβῆναι μητέρᾳ ἢ πατέρᾳ ἀλλόκοτον ἢ πατρίδα ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων. τοὺς μὲν οὖν πονηρούς, ὅταν τοιοῦτόν τι αὐτοῖς συμβῇ,<sup>10</sup> ὥσπερ ἀσμένους δρᾶν καὶ ψέγοντας ἐπιδεινύναι καὶ πατηγορεῖν τὴν πονηρίαν τῶν γονέων ἢ πατρίδος, ἵνα αὐτοῖς ἀμελοῦσιν αὐτῶν μὴ ἐγκαλῶσιν οἱ ἀνθρώποι μηδ'  
B ὀνειδίζωσιν, ὅτι ἀμελοῦσιν, ὥστε ἔτι μᾶλλον ψέγειν τε αὐτοὺς καὶ ἔχθρας ἑκουσίους πρὸς ταῖς ἀναγκαῖαις προσ-<sup>15</sup> τίθεσθαι· τοὺς δ' ἀγαθοὺς ἐπικρύπτεσθαι τε καὶ ἐπαινεῖν ἀναγκάζεσθαι, καὶ ἂν τι δογισθῶσι τοῖς γονεῦσιν ἢ

5. *τούτων* BT: *τούτον* Bekker ex apogr. 7. καὶ ἐπαινέτην: post haec in B et T leguntur verba φιλεῖν καὶ ἐπαινεῖν, quibus quis interpretatus est φίλον γίγνεσθαι καὶ ἐπαινέτην. Delenda esse iam vidit Grouius, interpres Germ. (a. 1783) p. 483. 10. *τοιοῦτόν τι* B et omnes post Bekkerum editores. *τι τοιοῦτον* T, quod vereor ne praferendum sit. 15. ἀναγκαῖαις Heusdius Specim. crit. p. 73: ἀνάγκαις BT.

1. οὐδὲ ναὶ ἀνθρώπων  
ἔκόντα] Celebratissima haec  
Socratis sententia est, neminem  
sua sponte esse malum neque  
improbe facere nisi eum, cuius  
animus ignorantia sit obscuratus;  
quae res infra p. 352 C ac-  
curatius disseritur. Et homines  
invitos peccare Plato etiam ex-  
istimavit, is autem vitia non ex  
ipsa ignorantia, sed ex pravo  
corporis habitu et mala educa-  
tione repetenda esse docuit,  
cf. de leg. p. 731 C, Gorg. p.  
509 E et haec eius verba Tim.  
p. 86 B: νόσον ψυχῆς ἀνοίαν  
συγχωρητέον, δύο δ' ἀνοίας  
γένη, τὸ μὲν μανίαν, τὸ δὲ  
ἀμαθίαν, ibique p. 862 κακός  
μὲν γὰρ ἑκάν οὐδεὶς, διὰ δὲ  
πονηρὸν ἔξιν τινὰ τοῦ σώματος  
καὶ ἀπαίδευτον τροφὴν ὁ κα-  
κός γίγνεται κακός.

9. πατέρας ἀλλόκοτον] Ἄλ-  
λόκοτος Phrynicus apud Bek-  
ker. Anecd. Graec. I 14 ab ἄλ-  
λος et κότος i. e. τρόπος, ὕθος,  
δργή, derivat, ideoque proprie  
eum significare dicit, qui est  
alius indolis, quam quae  
natura ei vel inest vel in-  
esse debet. Verissime autem  
addit: οὐρίας μὲν οὖν οἱ τὸν  
νοῦν βεβλαμμένοι καὶ ἔμπληκ-  
τοι ἀλλόκοτοι καλοῦνται. Hoc  
loco significat saevum, fero-  
cem. — καὶ ψέγοντας ἐπι-  
δεινύναι, vituperando  
rem reddere manifestam.  
— ὥστε ἔτι μᾶλλον ψ., ita  
ut magis etiam, quam par-  
sit s. quam meruerint illi, eos  
vituperent et praeter ne-  
cessarias inimicitias eti-  
am voluntarias suscipiant.  
Stallb.

πατοίδι ἀδικηθέντες, αὐτοὺς ἑαυτοὺς παραμυθεῖσθαι καὶ διαλλάτεσθαι προσαναγκάζοντας ἑαυτοὺς φιλεῖν τοὺς ἑαυτῶν καὶ ἐπαινεῖν. πολλάκις δέ, οἶμαι, καὶ Σιμωνίδης ἡγήσατο καὶ αὐτὸς ἢ τύραννον ἢ ἄλλον τινὰ 5 τῶν τοιούτων ἐπαινέσαι καὶ ἐγκωμιάσαι οὐχ ἐκών, ἀλλ' ἀναγκαζόμενος. ταῦτα δὴ καὶ τῷ Πιττακῷ λέγει ὅτι ΟἜγω, ὃ Πιττακέ, οὐ διὰ ταῦτα σε ψέγω, ὅτι εἴμι φιλόψογος· ἐπεὶ

10      ἔμοιγ' ἐξαρκεῖ ὃς ἂν μὴ παπὸς ἢ  
      μηδ' ἄγαν ἀπάλαμνος,  
      εἰδὼς γ' ὄνησίπολιν δίκαν, ὑγιῆς ἀνήρ·  
      οὐ μιν ἐγὼ μωμήσομαι —  
      οὐ γάρ εἴμι φιλόμωμος —  
      τῶν γὰρ ἡλιθίων ἀπείρων γενέθλα,

11. εἰδὼς γ' ὄνησίπολιν δίκαν de praecilla Godofredi Hermanni coniectura: εἰδὼς γε ὄνήσει πόλιν δίκαν B.T. 12. οὐδὲν εἶγὼ Schleiermachero debetur, nam in B et T οὐ μὴν ἐγὼ scriptum est. 14. ἀπειρων ex libris scriptis recepit Bekker, ante eum edebatur ἀπειρα. γενέθλα Stallbaum: ἀ γενέθλα voluerat Stephanus, in B et T est γένεθλα.

1. ἑαυτοὺς παραμυθεῖσθαι] H. e. affectus suos sedare ac tranquillos reddere. v. Phaedon. p. 70 B. Simonidem de hoc officio, quod Socrates eum praecepisse fingit, ut domesticorum et patriae suae quisque iniurias aequo animo ferat, neutquam cogitavisse liquet.

2. προσαναγκ. ἑαυτοὺς φιλεῖν τοὺς ἑαυτῶν] Quod Socrates in Gorgia (p. 474 B) docet iniuriam accipere quam facere praestare, id quidem multo latius patet, sed facilius ab animo humano hoc impetrari potest, ut iniuriam vel omittat vel condonet, quam ut in iniuriosos beneficia conferat. Talem igitur caritatem Socrates ne hoc quidem loco, ubi libere evagatur, ultra quam pietatis officium pertinet, praestandam iudicat.

4. ἡγήσατο — ἐπαινέσαι] iudicavit (propter mercedem) laudare se oportere. v. Stall-

baum. ad Phaedon. p. 95 B, Hermann. ad Viger. p. 743 n. 158. et Heindorf. ad h. l., qui recte arbitratur in talibus locis non δεῖν omissum esse, sed verba ἡγεῖσθαι, λογίζεσθαι, νομίζειν, al. significare aequum s. opus indicare.

τύραννον] ut Hieronem, in cuius aula aliquamdiu vixit Simonides (v. Xenoph. Hier. init.) aut Scopam (v. supra). In hos poetae ἐγκωμια significantur verbo ἐγκωμιάσαι. Heindorf.

11. εἰδὼς γ' ὄνησίπολιν δίκαν, ὑγιῆς ἀνήρ] gnarus iustitiae urbium adiutricis, integer 'vir. — ἀπάλαμνος est Hesychio interprete ἀμήχανος, inops consilii, ignavus, iners. — τῶν γὰρ ἡλ. ἀπ. γενέθλα, h. e. innumera enim stultorum natio. Stallb. ἀπειρων non per enallagen ad ἡλιθίων refertur, sed nominativus est et connectendum cum γενέθλα.

ῶστ' εῖ τις χαίρει ψέγων, ἐμπλησθείη ἀν ἐκείνους μεμφόμενος.

πάντα τοι καλά, τοῖσι τ' αἰσχρὰ μὴ μέμικται.

Δού τοῦτο λέγει, ὥσπερ ἀν εἰ ἔλεγε πάντα τοι λευκά, οἵς μέλανα μὴ μέμικται· γελοῖον γὰρ ἀν εἴη πολλαχῆ· 5 ἀλλ' ὅτι αὐτὸς καὶ τὰ μέσα ἀποδέχεται, ὥστε μὴ ψέγειν. καὶ οὐ ξητῶ, ἔφη, πανάμωμον ἄνθρωπον, εὐρυεδοῦς ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονός, ἐπεὶ οὔτιν' εύρων ἀπαγγελέω, ὥστε τούτου γ' ἔνεκα οὐδένα ἐπαινέσομαι· ἀλλά μοι ἔξαρκεῖ, ἀν γὰρ μέσος καὶ μηδὲν κακὸν ποιῆι, ὡς ἔγὼ 10 πάντας φιλέω καὶ ἐπαίνημι — καὶ τῇ φωνῇ ἐνταῦθα Ε κέχρηται τῇ τῶν Μυτιληναίων, ὡς πρὸς Πιττακὸν λέγων τὸ πάντας δὲ ἐπαίνημι καὶ φιλέω ἐκών (ἐνταῦθα δεῖ ἐν τῷ ἐκών διαλαβεῖν λέγοντα), ὅστις ἔρδῃ μηδὲν αἰσχρόν, ἄκων δ' ἔστιν οὓς ἔγὼ ἐπαινῶ καὶ 15 φιλῶ. σὲ οὖν, καὶ εἰ μέσως ἔλεγες ἐπιεικῆ καὶ ἀληθῆ, 347 ὡς Πιττακέ, οὐκ ἀν ποτε ἔψεγον· νῦν δέ — σφόδρα γὰρ

9. ἐπαινέσομαι BT: Naber observat. crit. in Plat. ἐπαινέσομαι, quo non iam opus est, postquam librorum scriptura ἐπειδ' ὑμῖν emendata est.

7. καὶ οὐ ξητῶ —] Ex hoc loco recte Schleiermacher coniecit in carmine Simonideo haec verba subiecta fuisse illis Πάντα τοι καλὰ κτέ. Hunc locum iam supra p. 345 D tractatum a Socrate nunc iterari, hoc mirum non videbitur considerantibus ex memoria omnia ab eo exponi.

12. τῇ τῶν Μυτιληναίων]  
h. e. aeolica.

13. ἐνταῦθα δεῖ — διαλαβεῖν] hic post ἐκών (non ante ἐκών) sermo suspendendus est, ut ἐκών disiungatur ab ὅστις ἔρδῃ κτέ. Vix ullus homo Graecus haec cum Socrate sic distinxerit, et a poeta ipso talem sententiam longe abfuisse intelligitur ex proximo versu ἀναγκῇ κτέ. Ceterum scribentes distinctionis signis iam tum usi sunt. Aristoteles rhet. III 8: δεῖ δήλην εἶναι τὴν τελευτὴν μὴ διὰ τὸν γραφέα μηδὲ διὰ τὴν παραγραφὴν, ἀλλὰ διὰ

τὸν ὁνθμόν. itemque rhet. III 5, 16: τὰ Ἡρακλείτον διαστίξαι ἔργον διὰ τὸ ἀδηλον εἶναι, ποτέρῳ πρόσκειται, τῷ ὑστερον ἡ τῷ πρότερον, οἷον ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ τοῦ συγγράμματος. φησὶ γὰρ τοῦ λόγου τοῦ δέοντος ἀεὶ ἀξύνετοι ἀνθρώπωποι γίγνονται. ἀδηλον γὰρ τὸ ἀεὶ πρὸς ὄποτέρῳ διαστίξαι. Hunc locum quamquam alii aliter interpretati sunt, tamen E. A. Schmidt in libro quem inscripsit Beiträge z. Geschichte d. Grammat. p. 507 sqq. docta et subtili disputatione id effecit Aristotelem iis verbis aut στιγμῇν quae a grammaticis dicitur i. e. interpunctionis notam significasse aut ineptias dixisse. cf. Steinhalt Gesch. d. Sprachwiss. p. 694. Blass Hyperid. praef. p. X.

17. νῦν δέ — σφόδρα γὰρ καὶ π.] Post νῦν δέ intelligas οὐχ οὐτως ἔχει vel σε ψέγω. vid. ad apolog. Socrat. p. 38 B. ubi

καὶ περὶ τῶν μεγίστων ψευδόμενος δοκεῖς ἀληθῆ λέγειν,  
διὰ ταῦτά σε ἐγὼ ψέγω.

Ταῦτά μοι δοκεῖ, ὡς Πρόδικε καὶ Πρωταγόρα, ἣν  
δ' ἐγώ, Σιμωνίδης διανοούμενος πεποιημέναι τοῦτο τὸ  
5 ἄσμα.

Cap. XXXII. Καὶ ὁ Ἰππίας, Εὗ μέν μοι δοκεῖς, ἔφη,  
ὡς Σωκράτες, καὶ σὺ περὶ τοῦ ἄσματος διεληλυθέναι· Β  
ἔστι μέντοι, ἔφη, καὶ ἐμοὶ λόγος περὶ αὐτοῦ εὗ ἔχων,  
ὅν ὑμῖν ἐπιδεῖξω, ἀν βούλησθε. Καὶ ὁ Ἀλκιβιάδης, Ναί,  
10 ἔφη, ὡς Ἰππία, εἰσαῦθίς γε· νῦν δὲ δίκαιον ἔστιν ἃ ὡμο-  
λογησάτην πρὸς ἄλλήλω Πρωταγόρας καὶ Σωκράτης,  
Πρωταγόρας μὲν εἰ ἔτι βούλεται ἐρωτᾶν, ἀποκρίνεσθαι  
Σωκράτη, εἰ δὲ δὴ βούλεται Σωκράτει ἀποκρίνεσθαι,  
ἐρωτᾶν τὸν ἔτερον. Καὶ ἐγὼ εἶπον· Ἐπιτρέπω μὲν ἔγωγε  
15 Πρωταγόρᾳ δύπτερον αὐτῷ ἥδιον· εἰ δὲ βούλεται, περὶ C  
μὲν ἄσμάτων τε καὶ ἐπῶν ἐάσωμεν, περὶ δὲ ὡν τὸ πρῶ-  
τον ἐγώ σε ἡρώτησα, ὡς Πρωταγόρα, ἡδέως ἀν ἐπὶ τέλος  
ἔλθοιμι μετὰ σου σκοπούμενος. καὶ γὰρ δοκεῖ μοι τὸ  
20 περὶ ποιήσεως διαλέγεσθαι δύοισταν εἶναι τοῖς συμ-  
ποσίοις τοῖς τῶν φαύλων καὶ ἀγοραίων ἀνθραπών. καὶ  
γὰρ οὗτοι διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἄλλήλοις δι' ἔαυτῶν συν-  
εῖναι ἐν τῷ πότῳ μηδὲ διὰ τῆς ἔαυτῶν φωνῆς καὶ

18. τὸ περὶ ποιήσεως — οἶνον πίωσι (156, 9) laudat  
Athenaeus II p. 97 A.

hanc aposiopesin illustravimus.  
Plene Iliad. XII v. 326 sqq. Stallb.

7. καὶ σὺ περὶ τοῦ ἄσμα.] Hoc καὶ referas ad proxima:  
ἔστι μέντοι καὶ ἐμοὶ λόγος. Dicit autem haec non sine sua  
sapientiae iactantia. Hipp. I p. 286 A: ἔστι γάρ μοι (περὶ ἐπι-  
τηδευμάτων καλῶν) πάγκαλος  
λόγος συγκείμενος, καὶ ἀλλοις  
εὗ διακείμενος καὶ τοῖς ὄνό-  
μασι.

15. περὶ — ἐπῶν ἐάσωμεν] sc. λέγειν. v. Stallbaum. ad Al-  
cibiad. I p. 113 D.

18. καὶ γὰρ δοκεῖ μοι —] Acerbam haec tota oratio con-  
tinet irrisiōnēm sophistarum,  
qui, quum ipsi carerent ingenii  
doctrinaeque opibus, poetarum

carminibus recitandis et inter-  
pretandis tempus transigebant,  
mirifice aucupantes sapientiae  
laudem. Itaque salse eos com-  
parat cum hominibus eruditio-  
nis liberalioris expertibus, qui,  
quum neque familiariter inter-  
se colloqui neque canere didi-  
cerint, tibicinas et sāltatrices  
conviviis adhibeant, istarum arti-  
bus scilicet sese gnавiter de-  
lectaturi. — ἀγοραῖοι sunt  
Hesychio interprete οἱ ἐν ἀγο-  
ρᾷ ἀναστρεφόμενοι. Horat. A.  
P. v. 245 vocat forenses. H. l.  
intelliguntur homines rudes  
et illiberales. — δι' ἔαυ-  
τῶν συνεῖναι. Mox §. D. di-  
citur αὐτοὺς αὐτοῖς ἴκανοὺς ὄν-  
τας συνεῖναι. Stallb.

Δ τῶν λόγων τῶν ἔαντῶν ὑπὸ ἀπαιδευσίας, τιμίας ποιοῦσι τὰς αὐλητρίδας, πολλοῦ μισθούμενοι ἀλλοτρίαν φωνὴν τὴν τῶν αὐλῶν, καὶ διὰ τῆς ἐκείνων φωνῆς ἀλλήλοις σύνεισιν. ὅπου δὲ καλοὶ κάγαθοὶ συμπόται καὶ πεπαιδευμένοι εἰσίν, οὐκ ἂν ἴδοις οὕτε αὐλητρίδας οὕτε δο-<sup>5</sup> χηστρίδας οὕτε φαλτρίας, ἀλλ' αὐτοὺς αὐτοῖς ἵκανοὺς ὄντας συνεῖναι ἄνευ τῶν λήρων τε καὶ παιδιῶν τούτων διὰ τῆς αὐτῶν φωνῆς, λέγοντάς τε καὶ ἀκούοντας ἐν Ε μέρει ἔαντῶν κοσμίως, κανὸν πάνυ πολὺν οἶνον πίωσιν. οὗτῳ δὲ καὶ αἱ τοιαίδε συνουσίαι, ἐὰν μὲν λάβωνται<sup>10</sup> ἀνδρῶν, οἷοίπερ ήμῶν οἱ πολλοὶ φασιν εἶναι, οὐδὲν δέονται ἀλλοτρίας φωνῆς οὐδὲ ποιητῶν, οὓς οὕτε ἀνερέσθαι οἴον τ' ἐστὶ περὶ τοῦ λέγοντος, ἐπαγόμενοί τε αὐ-

1. τῶν λόγων BT: τῶν om. Athenaeus. 4. καὶ πεπαιδευμένοι delevit Schanz et deest καὶ in BT, sed in T olim ascriptum itemque habet Athenaeus. Mihi πεπαιδευμένοι non displicet, quod non idem valet ac καλοὶ κάγαθοὶ et ad ἀπαιδευσίαν referendum est, atque καὶ post terminationem ται facile potuit intercidere. Ceterum Athenaeus invenit καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ ξυμπόται et statim post ξυνεῖναι.

1. τιμίας ποιοῦσι τὰς αὐλητρίδας] tibicinarum pretia amplificant. Euthyd. p. 304 B: τὸ γὰρ σπάνιον τίμιον, τὸ δὲ ὑδωρ εἰνωνότατον. Tibicina dimittitur etiam in Agathonis convivio p. 176 E: εἰσηγοῦμαι, τὴν μὲν ἄρτι εἰσελθοῦσαν αὐλητρίδα χαίρειν ἔαν, αὐλοῦσαν ἔαντῇ η̄, ἀν βούληται, ταῖς γυναιξὶ ταῖς ἔνδον, ήμᾶς δὲ διὰ λόγων ἀλλήλοις συνεῖναι τὸ τήμερον. Iam heroica aetate eiusmodi oblectamenta conviviis quaesita sunt, sed adhibiti citharoedi et saltatores, non saltatrices et tibicinae. Athen. p. 14 A: ἔχοντο ήρωες ἐν τοῖς συμποσίοις καὶ κιθαρῳδοῖς καὶ οὐρησταῖς, deinde p. 16 A: ἔχοντο καὶ αὐλοῖς καὶ σύριγξι.. εἰς δὲ τὰ συμπόσια οὐ παρήγαγε. πλὴν ἐν τῇ Ὀπλοποιίᾳ γάμων γενομένων αὐλῶν μνημονεύει. τοῖς δὲ βαρβάροις ἀποδίδωσι τοὺς αὐλούς. cf. ann. ad p. 318 C.

9. κανὸν πάνυ πολὺν οἶνον πίωσι] In Symposium Socrates, quum plurimum vini bibisset,

cum Aristophane et Agathone ad lucem usque collocutus esse fingitur. Et Plato fortis animi existimavit esse si quis vini plenus mentis esset compos, v. de leg. p. 649; 671—674. Eiusdem sententiae fuit Cyrus, qui in epistola ad Lacedaemonios scripta in suis virtutibus id numeravit, quod vini esset capacissimus, v. Plutarch. Art. c. 6: μεγαληγορῶν δὲ περὶ αὐτοῦ καὶ παρθίαν ἔφη τοῦ ἀδελφοῦ φορεῖν βαρυτέραν καὶ φιλοσοφεῖν μᾶλλον καὶ μαγεύειν βέλτιον, οἶνον δὲ πλείονα πίνειν καὶ φέρειν.

10. ἐὰν μὲν λάβωνται ἀνδρῶν] Si nactae sint viros s. compotes virorum factae sint. Stallb.

11. οἷοίπερ ήμῶν οἱ πολλοὶ φασιν] ut Hippias p. 337 D.

12. οὖς οὐ τε ἀνερέσθαι οἶον τε] Hipp. II p. 365 D: τὸν μὲν Οὐηρον ἔάσομεν, ἐπειδὴ καὶ ἀδύνατον ἐπανερέσθαι τί ποτε νοῶν ταῦτα ἐποίησε τὰ ἔπη. conf. p. 329 A.

τοὺς οἱ πολλοὶ ἐν τοῖς λόγοις οἱ μὲν ταῦτα φασι τὸν ποιητὴν νοεῖν, οἱ δ’ ἔτερα, περὶ πράγματος διαλεγόμενοι, ὃ ἀδυνατοῦσιν ἔξελέγξαι· ἀλλὰ τὰς μὲν τοιαύτας συνουσίας ἐῶσι χαίρειν, αὐτοὶ δ’ ἑαυτοῖς σύνεισι δι’ ἑαυτῶν, 348  
 5 ἐν τοῖς ἑαυτῶν λόγοις πεῖραν ἀλλήλων λαμβάνοντες καὶ διδόντες. τοὺς τοιούτους μοι δοκεῖ χρῆναι μᾶλλον μιμεῖσθαι ἐμέ τε καὶ σέ, καταθεμένους τοὺς ποιητὰς αὐτοὺς δι’ ἡμῶν αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους τοὺς λόγους ποιεῖσθαι, τῆς ἀληθείας καὶ ἡμῶν αὐτῶν πεῖραν λαμβάνοντας.  
 10 καὶ μὲν βούλῃ ἔτι ἔρωτῶν, ἔτοιμός εἰμί σοι παρέχειν ἀποκοινόμενος· ἐὰν δὲ βούλῃ, σὺ ἐμοὶ παράσχεις, περὶ ὃν μεταξὺ ἐπανσάμεθα διεξιόντες, τούτοις τέλος ἐπιθεῖναι.

Λέγοντος οὖν ἐμοῦ ταῦτα καὶ τοιαῦτα ἄλλα οὐδὲν B  
 15 ἀπεσάφει ὁ Πρωταγόρας, ὅπότερα ποιήσοι. εἶπεν οὖν ὁ Ἀλκιβιάδης πρὸς τὸν Καλλίαν βλέψας, Ὡ Καλλία, δοκεῖ σοι, ἔφη, καὶ νῦν παλῶς Πρωταγόρας ποιεῖν, οὐκ ἐθέλων εἴτε δώσει λόγον εἴτε μὴ διασαφεῖν; ἐμοὶ γὰρ οὐ δοκεῖ. ἀλλ’ ἡτοι διαλεγέσθω ἢ εἰπέτω ὅτι οὐκ ἐθέλει 20 διαλέγεσθαι, ἵνα τούτῳ μὲν ταῦτα συνειδῶμεν, Σωκράτης δὲ ἄλλῳ τῷ διαλέγηται, ἢ ἄλλος ὅστις ἀν βούληται C ἄλλῳ. Καὶ ὁ Πρωταγόρας αἰσχυνθείς, ὡς γέ μοι ἔδοξε, τοῦ τε Ἀλκιβιάδου ταῦτα λέγοντος καὶ τοῦ Καλλίου δεο-

3. ὃ in BT desideratur, sed exhibetur duobus apographis, aliud habet οὗ, quod Bekker recepit. 22. ὡς γέ μοι ἔδοξε Socratis personae optime respondet et firmatur scriptura ὥστε μοι in B; ὡς γ' ἐμοὶ T et Schanz. conf. ad p. 342 A.

7. καταθεμένονς — λόγονς ποιεῖσθαι] Haec per epexegesin addita sunt. v. p. 343 D.

10. ἔτοιμός εἰμί σοι παρέχειν] παρέχειν h.l. intransitive dictum, usu satis frequenti, de quo v. ad Gorg. p. 475 E. Respondet fere Germanicum herhalten, ut, quum dicimus: ich bin bereit herzuhalten h. e. mich herzugeben. Stallb.

11. ἐὰν δὲ βούλῃ] sin mavis, int. παρασχεῖν.

20. ἵνα τούτῳ μὲν ταῦτα συνειδῶμεν] ut de eo hoc sciamus. v. Phaedon. p. 92 D.

Sympos. p. 193 E ibique annot. Stallb.

23. τοῦ Καλλίου δεομένον —] Callia rogante ac reliquis fere omnibus. Verbis οἱ ἄλλοι οἱ παρόντες tota alia multitudo significatur, quae praeter Alcibiadem et Calliam Protagorae et Socratis colloquio intererat, v. Krüger Gr. 50. 4, 9. σχεδόν τι, ut omnibus locis, ita hic restringendi vim habet, non affirmandi aut augendi, id quod Astius voluit. Dicitur autem multo saepius σχεδόν τι quam simpliciter σχεδόν, ut p. 333 B ἔφανη ἡμὲν . . σχεδόν τι ταῦ-

μένον καὶ τῶν ἄλλων σχεδόν τι τῶν παρόντων, μόγις προύτραπετο εἰς τὸ διαλέγεσθαι καὶ ἐκέλευνεν ἔρωτᾶν αὐτὸν ὡς ἀποκρινούμενος.

Cap. XXXIII. Εἶπον δὴ ἐγώ, Ὡ Πρωταγόρα, μὴ οἵου διαλέγεσθαι μέσοι ἄλλο τι βουλόμενον ἢ ἃ αὐτὸς 5 ἀπορῶ ἐκάστοτε, ταῦτα διασκέψασθαι. ἥγοῦμαι γὰρ πάνυ λέγειν τι τὸν Ὄμηρον τὸ

σύν τε δύ' ἔρχομένω, καί τε πρὸ ὁ τοῦ ἐνόησεν.

Δεύπορώτεροι γάρ πως ἀπαντές ἐσμεν οἱ ἀνθρωποι πρὸς ἅπαν ἔργον καὶ λόγον καὶ διανόμα· μοῦνος δ' εἴπερ<sup>10</sup> τε νοήσῃ, αὐτίκα περιών ξητεῖ ὅτῳ ἐπιδείξεται καὶ

2. πον τράπετο B, προύτραπετο sed a littera priori ε supercripta T. 7. τὸν Ὄμηρον BT: haec Schanz delenda suspicatur, vid. infra ann. 8. ὅτον BT. 9. πως: ante hanc voculam Heindorf excidisse putavit oūτως. 11. περιιὼν in T, ubi more usitato scriptum est περιών, correctum, in B legitur περὶ ὄν. ἐπιδείξεται — βεβαιώσεται apogr. Vatic. 1029: ἐπιδείξηται — βεβαιώσηται BT; illud sententia et sermonis consuetudine commendatur.

τὸν ὄν. p. 345 D ἐγὼ γὰρ σχεδόν τι οἷμαι τοῦτο, cf. Krüger 51. 16, 5.

1. μόγις προύτραπετο] vix ad colloquendum descendit; προύτραπετο necessarium est propter sequens καὶ ἐκέλευε, quod ita poni non licuit, nisi ante iam certum aliquod consilium colloquii redintegrandi Protagoram cepisse indicatum erat. Quod ἐκέλευε, non ἐκέλευσε scriptum est, de eo imperfecti usu verbi πελεύειν v. Sintenis Plutarch. vit. Themist. p. LI, Krüger 53. 2, 1.

7. λέγειν τι τὸν Ὄμ. τὸ] λέγειν τι est dicere aliquid, quod operaे pretium est audire, quod verum vel rectum est, ut p. 320 B, 339 C, contrarium est οὐδὲν λέγειν. cf. Men. p. 79 E ἦ οὐδέν σοι δοκῶ λέγειν; Ἐμοιγε δοκεῖς ὁρθῶς λέγειν. Sed quamquam λέγειν τι idem significat quod εὖ vel ὁρθῶς λέγειν, tamen hac significatione, ex qua h. l. pro τὸ facile quis exspectet ὅτι, non immutatur constructio verbi λέγειν, quod non raro duobus accusativis, praesertim

pronominum, coniungitur. Et ut τι τοῦτο λέγεις est 'quid his dicas', ita verba, de quibus agitur, interpretanda sunt: arbitror Homerum dicere aliquid sc. veri illo (versu). Comparari possunt nostrae loquendi formulae 'daran ist nichts, ist etwas' sc. wahres.

8. σύν τε δύ' ἔρχ.] Iliad. 10, 224: σύν τε δύ' ἔρχομένω, καὶ τε πρὸ ὁ τοῦ (i. e. ὁ πρὸ τοῦ seu ἔτερος πρὸ ἔτέρου) ἐνόησεν, ὅπως πέρδος ἔη· μοῦνος δ' εἴπερ τε νοήσῃ, ἀλλά τέ οἱ βρασσων τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις, de quibus vid. Stallbaum ad sympos. p. 174 D. Conf. Alcib. II p. 140 A: σύν τε δύο σκεπτομένω τυχὸν εὑρήσομεν.

9. εὐπορώτεροι γὰρ] intelligendum σύνδονο ex versiculo Homeri proxime praecedenti. εὐπορώτερος est sagacior, solletrior, ut Phaedon. p. 86 D: εἰ οὖν τις εὐπορώτερος ἔμοι, τι οὐκ ἀπενοίνατο; Ibid. p. 84 C: εἰ ἀπορεῖτον, μηδὲν ἀποκνήσητε — καὶ ἐμὲ συμπαραλαβεῖν, εἰ τι μᾶλλον οἰεσθε μετ' ἔμοι εὐπορήσειν.

μεθ' ὅτου βεβαιώσεται, ἔως ἂν ἐντύχῃ. ὥσπερ καὶ ἐγὼ  
ἔνεκα τούτου σοὶ ἡδέως διαλέγομαι μᾶλλον ἢ ἄλλῳ τινὶ,  
ἥγούμενός σε βέλτιστ' ἂν ἐπισκέψασθαι καὶ περὶ τῶν  
ἄλλων, περὶ ἃν εἴκος σκοπεῖσθαι τὸν ἐπιεικῆ, καὶ δὴ Ε  
5 καὶ περὶ ἀρετῆς. τίνα γὰρ ἄλλον ἢ σέ; ὃς γε οὐ μόνον  
αὐτὸς οἶει καλὸς κἀγαθὸς εἶναι, ὥσπερ τινὲς ἄλλοι αὐτοὶ  
μὲν ἐπιεικεῖς εἰσιν, ἄλλοις δὲ οὐ δύνανται ποιεῖν· σὺ  
δὲ καὶ αὐτὸς ἀγαθὸς εἶ καὶ ἄλλους οὗτος τ' εἶ ποιεῖν  
ἀγαθούς, καὶ οὕτω πεπίστευκας σαντῷ, ὥστε καὶ ἄλλων  
10 ταύτην τὴν τέχνην ἀποκρυπτομένων σύ γ' ἀναφανδὸν  
σεαυτὸν, ὑποκηρυξάμενος εἰς πάντας τοὺς Ἑλληνας, σο- 349  
φιστὴν ἐπονομάσας, σεαυτὸν ἀπέφηνας παιδεύσεως καὶ  
ἀρετῆς διδάσκαλον. πρῶτος τούτου μισθὸν ἀξιώσας ἀρ-  
νυσθαι. πῶς οὖν οὐ σε χρῆν παρακαλεῖν ἐπὶ τὴν τού-  
15 των σκέψιν καὶ ἐρωτᾶν καὶ ἀνακοινοῦσθαι; οὐκ ἔσθ'  
ὅπως οὕ. καὶ νῦν δὴ ἐγώ ἐκεῖνα, ἀπερ τὸ πρῶτον ἡρώ-  
των περὶ τούτων, πάλιν ἐπιθυμῶ ἐξ ἀρχῆς τὰ μὲν  
ἀναμνησθῆναι παρὰ σοῦ, τὰ δὲ συνδιασκέψασθαι. ἦν Β

3. ἥγονός ενός σε βέλτιστ'  
[ἢ ν] Particípio illud ἔνεκα τού-  
τον explicatur. Phaed. p. 102 D:  
λέγω δὲ τοῦδ' ἔνεκα, βούλομε-  
νος δόξαι σοι ὅπερ ἔμοι, ubi  
plura dedit Heindorf.

5. ὃς γε οὐ μόνον] Oratio  
ita debebat procedere: ὃς γε  
οὐ μόνον αὐτὸς οἶει καλὸς κἀ-  
γαθὸς εἶναι, ἄλλὰ καὶ ἄλλους  
οὗτος τ' εἶ ποιεῖν, οὐχ ὥσπερ  
τινὲς ἄλλοι αὐτοὶ μὲν ἐπιεικεῖς  
εἰσιν, ἄλλοις δὲ οὐ δύνανται  
ποιεῖν. Sed quoniam his: ὃς  
γε — οἶει καλὸς κἀγαθὸς εἶναι,  
statim subiecit: ὥσπερ τινὲς ἄλ-  
λοι — δύνανται ποιεῖν, relecta  
inchoatae orationis constructione  
superiora denuo repetens pergit  
σὺ δὲ καὶ αὐτὸς ἀγαθὸς πτέ.  
atque per anacoluthon senten-  
tiām absolvit. Ceterum ad ἄλ-  
λους δὲ οὐ δύνανται ποιεῖν ap-  
paret denuo intelligi oportere  
ἐπιεικεῖς. P. 312 E: τί δή ἐστι  
τοῦτο, περὶ οὗ αὐτὸς τε ἐπιστή-  
μων ἐστὶν ὁ σοφιστῆς καὶ τὸν  
μαθητὴν ποιεῖ; Gorg. p. 449 A:  
οὐκοῦν καὶ ἄλλους σε φῶμεν  
δυνατὸν εἶναι ποιεῖν; sc. ὁ ἄρι-

ρας. Plene deinceps καὶ ἄλλους  
— ποιεῖν ἀγαθούς. Stallb.

10. ἀναφανδὸν σ. ὑποκη-  
ρυξάμενος —] palam te, per  
praecones pronuntians per  
omnes Graecos, sophistam  
appellans ex hac arte, quam  
alii celant, cf. p. 316 D — 317 B.  
Themist. or. 13. p. 162 A: ἐγγύς  
τι Προδίκον τοῦ Κείον καὶ  
Πρωταγόρον τοῦ Ἀβδηρίτου, καὶ  
οσοι γυμναῖς ταῖς κεφαλαῖς  
(v. Phaedr. p. 243 B) ἀνευήροντ-  
τον, ἔαντοντος ἐν τοῖς Ἑλλησιν  
ἐπὶ τῇ σοφίᾳ. de praep. εἰς  
vid. ad p. 312 A et Menex. p.  
239 A.

13. πρῶτος — ἀρνυνσθαι]  
P. 328 B: ἀξιώς τοῦ μισθοῦ ὃν  
πράττουμαι, καὶ ἔτι πλείονος,  
ubi v. ann. Conf. Men. p. 91 D.  
Theaet. p. 161 D. al. Ceterum  
illudit sophistae magniloquentiā  
poetico hoc dicendi genere  
μισθὸν ἀρνυνσθαι. Stallb.

14. ἐπὶ τὴν τούτων σκέ-  
ψιν] ad hanc quaestionem, int.  
de virtute, ταῦτα quum dixit,  
singulas virtutis partes (τὰ τῆς  
ἀρετῆς) intellexit.

δέ, ὡς ἐγῶμαι, τὸ ἐρώτημα τόδε· σοφία καὶ σωφροσύνη καὶ ἀνδρεία καὶ δικαιοσύνη καὶ ὄσιότης, πότερον ταῦτα, πέντε ὅντα ὀνόματα, ἐπὶ ἐνὶ πράγματι ἔστιν, η̄ ἐπάστω τῶν ὀνομάτων τούτων ὑπόκειται τις ἴδιος οὐσία καὶ πρᾶγμα ἔχον ἐαυτοῦ δύναμιν ἔκαστον, οὐκ ὅν οἶν τὸ 5 ἔτερον αὐτῶν τὸ ἔτερον; ἔφησθα οὖν σὺ οὐκ ὀνόματα οἱ ἐπὶ ἐνὶ εἶναι, ἀλλὰ ἔκαστον ἴδιῷ πράγματι τῶν ὀνομάτων τούτων ἐπικεῖσθαι, πάντα δὲ ταῦτα μόρια εἰναι ἀρετῆς, οὐχ ὡς τὰ τοῦ χρυσοῦ μόρια ὅμοιά ἔστιν ἀλλήλοις καὶ τῷ ὅλῳ οὗ μόριά ἔστιν, ἀλλ' ὡς τὰ τοῦ 10 προσώπου μόρια καὶ τῷ ὅλῳ οὗ μόριά ἔστι καὶ ἀλλήλοις ἀνόμοια, ἴδιαν ἔκαστα δύναμιν ἔχοντα. ταῦτα εἴ μέν σοι δοκεῖ ἔτι ὥσπερ τότε, φάσθι· εἰ δὲ ἄλλως πως, τοῦτο διόρισαι, ὡς ἐγωγε οὐδέν σοι ὑπόλογον τίθεμαι, ἐάν πῃ ἄλλῃ νῦν φήσῃς· οὐ γὰρ ἂν θαυμάζοιμι, εἰ τότε 15 ἀποπειρώμενός μου ταῦτα ἔλεγες.

D Cap. XXXIV. Ἀλλ' ἐγώ σοι, ἔφη, λέγω, ὃ Σώκρατες, ὅτι ταῦτα πάντα μόρια μέν ἔστιν ἀρετῆς, καὶ τὰ μὲν τέτταρα αὐτῶν ἐπιεικῶς παραπλήσια ἀλλήλοις ἔστιν, η̄ δὲ ἀνδρεία πάνυ πολὺ διαφέρον πάντων τούτων. ὃδε 20 δὲ γνώσει ὅτι ἐγὼ ἀληθῆ λέγω· εὐρήσεις γὰρ πολλοὺς

14. ὑπὸ λογων B, ὑπολόγον T. Recte Stephanus vidit scribendum esse ὑπόλογον.

4. *ἴδιος οὐσία — δύναμιν ἔκαστον]* H.e. an unicuique horum nominum subiecta est propria quaedam natura ac res suam sibi vim habens et ab aliis diversam. P. 329 C: *ταῦτ’ οὖν αὐτὰ δίειλθέ μοι ἀκριβῶς τῷ λόγῳ, πότερον ἐν μέν τι ἔστιν η̄ ἀρετή, μόρια δὲ αὐτῆς ἔστιν η̄ δικαιοσύνη καὶ σωφροσύνη καὶ ὄσιότης, η̄ ταῦτ’ ἔστιν ἀντίστητος*

14. ὡς ἐγωγε — φήσῃς] neque enim ego a te rationem exigo h. e. ego enim nihil curo, si quid aliter dixeris: denn ich rechne dir es nicht an, wenn du etc. ὑπόλογον ποιεῖσθαι τοῦτο est huius rei rationem habere,

fere cum significatione excusationis vel absolutionis. Stallb.

17. ἐγώ σοι, ἔφη, λέγω, ὅτι — τὰ μὲν τέτταρα ὃς quamquam argumentatione modo probatum erat harum quatuor virtutum binas binis similes esse, tamen ex Protagorae responso, quo p. 333 C neminem temperantia ornatum iniuste agere posse videri dixerat, consequens fuit illas virtutes omnes inter se similes esse, cf. proleg. p. 14.

21. εὐρήσεις γὰρ πολλοὺς] In talibus γάρ habet vim explicandi. Germanice dicas: du wirst nämlich finden etc. Phaedon. p. 91 A: ἐγώ μοι δοκῶ τοσοῦτον μόνον ἐκείνων διοίσειν· οὐ γὰρ — προσθυμήσομαι κτέ. Neque tantum post voces

τῶν ἀνθρώπων ἀδικωτάτους μὲν ὄντας καὶ ἀνοσιωτάτους καὶ ἀκολαστοτάτους καὶ ἀμαθεστάτους, ἀνδρειοτάτους δὲ διαφερόντως. "Εχε δὴ, ἔφην ἐγώ· ἕξιον γάρ τοι ἐπισκέψεων ψασθαι ὁ λέγεις· πότερον τοὺς ἀνδρείους θαρραλέους 5 λέγεις ἢ ἄλλο τι; Καὶ ἵτας γ', ἔφη, ἐφ' ἂν οἱ πολλοὶ φοβοῦνται ίέναι. Φέρε δὴ, τὴν ἀρετὴν καλόν τι φῆς εἶναι, καὶ οὐς καλοῦ ὄντος αὐτοῦ σὺ διδάσκαλον σαυτὸν παρέχεις; Κάλλιστον μὲν οὖν, ἔφη, εἰ μὴ μαίνομαι γε. Πότερον οὖν, ἢν δ' ἐγώ, τὸ μέν τι αὐτοῦ αἰσχρόν, τὸ 10 δέ τι καλόν, ἢ ὅλον καλόν; "Ολον που καλὸν ώς οἶντε μάλιστα. Οἰσθα οὖν, τίνες εἰς τὰ φρέατα κολυμβῶσι

2. ἀνδρειοτάτους δὲ διαφερόντως BT: διαφερόντως delevit Schanz, quod p. 359 B, ubi Socrates haec Protagoream repetit, omissum est. Non autem immerito Cobet, qui h. l. ἀνδρείους corrigendum esse iudicat, 'quis tandem', inquit, 'διαφερόντως inseruisset.'

demonstrativas hic usus invaluit, sed etiam in aliis locis. P. 328 B: ἐπειδὴν γάρ τις παρόν ἐμοῦ μάθῃ πτέ. Menon. p. 72 E: οὐκοῦν — τῇ αὐτῇ λογιᾷ λογιῷ ἔσται; τὸ γὰρ τῇ αὐτῇ τοῦτο λέγω. Mox p. 351 C: ἐγὼ γὰρ λέγω, καθ', ὃ ἡδέα ἔστιν, ubi voculae vis a librariis neglecta turbas dedit. — Formulam ἔχε δὴ subsiste, quae so illustraverunt Hermann ad Viger. p. 754 et Ast ad h. l. Stallb.

2. ἀνδρειοτάτους δὲ διαφερόντως] Protagoras modo dixerat fortitudinem a reliquis virtutibus permultum differere: ἢ ἀνδρεία πάνν πολὺ διαφέρειν. Eodem modo nunc, quo magis fortes a iustis, piis, temperantibus, prudentibus disiungat, ex his qui fortissimi sint, eos longe vult superari a multis, qui illis virtutibus careant. Socrates infra, nisi forte διαφερόντως p. 359 B intercidit, nimis auctam hanc differentiam neglexit.

